GRAMMATICA HEBRAICA BREVI ET NOVA METHODO CONCINNATA...

Edward Slaughter, Giacomo Maria Ayroli

3. 6. 52

Google

52

by Google

Bibliothecae

Collegii Florentini
S. Jesu

Catalogo Inscriptus

GRAMMATICA HEBRAICA

BREVI ET NOVA METHODO CONCINNATA.

QUA

Citò, facilè, ſolidè,

LINGUÆ SANCTÆ RUDIMENTA

Addiſci poſſunt.

AUCTORE

R. P. EDWARDO SLAUGHTER,

SOCIETATIS JESU,

In Collegio Anglorum Leodii,

Olim Linguæ Sanctæ, poſtea Sacræ Theologiæ Profeſſore.

ROMÆ, M DCCV.

Ex Typographia GEORGII PLACHI, Cælaturam Profitentis, & Fuſoriam Characterum Latinorum, & Peregrinorum in Platea Eccleſiæ Sancti MARCI.

SUPERIORUM PERMISSU.

SS.mo DOMINO NOSTRO

CLEMENTI XI.

PONT: OPT: MAX:

PRIMOS *Naturæ fructus offerri Deo, tamquam bonorum omnium Auctori, divina olim Lex præcipiebat. Prima Artis monumenta con-*

ſentaneum videtur, Beatiſſime Pater, deferre principi, velut bonarum Artium Curatori in humana republica divinitus conſtituto. Cum ergo hebraici idiomatis typos, Societatis Jeſu hortantibus Patribus, nuper excuderim; Grammatica Linguæ Sanctæ, qui primus à me recentibus typis liber mandatur, Tibi, Beatiſſime Pater, jure ſuo quodammodo dicari expoſcit. Audaciæ proinde, ut arbitror, me nemo inſimulaverit, quaſi rude, ac vix dum inchoatum tanto Principi opus exhibeam. Nam nec agricolam culpaverit quiſpiam, quòd non planè maturos terræ fructus obtulerit Deo, ſi quidem obtulit primos. Satis enim liquet, tenuibus rem quamlibet conſtare primordiis, & nihil repente ſummum. *Porrò velut in naturæ operibus* neque qui plantat eſt

ali-

aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus: *ita in operibus artis, ex Te potiſſimùm, Beatiſſime Pater, incrementa eſſe expectanda, jam inde ab initio Tui Principatus Facultates omnes, & ingenuæ Artes, Pictura cum primis, Sculptura, & Architectura manifeſtis ſanè documentis intellexere. Eoſdem verò progreſſus de Sanctitatis Tuæ Clementia ſpondere audet ſibi Ars Typographica; eòque magis, quò plures, atque majores ab hujuſmodi Arte in remp: utilitates manare compertum eſt: quæ, dum veteres ingeniorum omnium foetus ab interitu vindicat, & novos in lucem edit, generale inſtrumentum eſt ſcientiis omnibus, & artibus conſervandis, propagandiſque comparatum. Cæterùm Hebraica Typographia, quæ ferè in Sacrorum Codi-*

cum curam inſudat, præcipuam, eo nomine ſcilicet, commendationem mereri videtur. Tibi verò, Beatiſſime Pater, omnes ingenuas facultates jam diu commendatiſſimas eſſe, ambigit nemo. Norunt omnes Animum Tuum, Beatiſſime Pater: norunt qua flagres cupiditate beatam efficiendi bonis moribus juxta, ac bonis artibus omni ex parte rempublicam. Faxit Deus Optimus Maximus, cujus vices in terris geris, Tibi ut vitæ tantum, ac virium ſuppetat, quantum ſatis eſſe poſſit, ut quæcumque in bonum publicum meditaris, optatum ad exitum perducantur.

Georgius Plachus.

PRÆ-

PRÆFATIO
AD
LECTOREM.

Brevis hæc Grammatica, quotannis, jam per annos 20, ſæpiùs exſcripta, ſuis ſemper viſa eſt placere lectoribus: & verò ita placuit, ut ex lectoribus plures ſemper fecerit Scriptores; per quorum manus clanculum,& quaſi furtivè,è Collegio, cui ortum debet, egreſſa, in varias & longè poſitas regiones abivit. Cùm autem jam multoties reipsâ probaverit, ſe (ſuâ non obſtante brevitate) ſufficere, ad linguam Hebraicam perfectè, & quidem citò addiſcendam; audacior inde facta, à typis ornatum quærit, & à prælo in lucem publicam prodire geſtit, ut ſacræ Doctrinæ ſtudioſos ad Linguæ Sanctæ ſtudium invitet. Et mirum, ſi voti ſui compos non fiat; cum linguæ, ad quam invi-

tat, tanta ſit dignitas, utilitas tanta, & tanta demum facilitas.

§. I.

Dignitas Linguæ Sanctæ.

Quod ad Dignitatem attinet. Quanta illa ſit, nec paucis valeo pro dignitate dicere, nec multis volo. Sufficiat breviter, & ſummatim innuere, linguam hanc à Deo ipſo immediatè inſtitutam fuiſſe; ab ineffabili ipſius ſapientiâ, rerum naturis adaptatam; primis parentibus infuſam; Sanctis Patriarchis, & Prophetis uſitatam; verbo Dei Scripto, & digito Dei ſcribentis nobilitatam; ab ipſo Divini Verbi (ſæpè illam loquentis) ore ſanctificatam, &, cùm priùs *Sancta* fuerit, novâ ſanctitate imbutam: ipſam denique eſſe, & futuram (quantum licet ex ſacris literis colligere, Apoc. 19. 1. Tob. 13. 22.) Beatorum linguam, quâ utuntur, & perpetuò uſuri ſunt, ut ſe invicem provocent ad laudandum Dominum in cæleſti Jeruſalem, cantantes per vicos ejus, *Alleluja*.

§. II.

§. II.

Utilitas.

Utilitas non minor eſt ſanè, quàm dignitas: cùm hujus linguę cognitio maximè conducat ad Scripturam ſacram ritè intelligendam, præcipuè ubi in verſionibus occurrunt errata Typographorum, lectionum varietas, vocum ambiguitas. Sed & ubi nihil horum intervenit, linguæ Hebraicæ cognitio ad energiam, & proprietatem vocis, aut ſententiæ plenius percipiendam, eſt ſemper valde utilis, & ſæpe invenitur neceſſaria. At dices: poſſe te omnia ſcire ex Interpretibus; ideoque non indigere linguâ Hebraicâ, ut totam, quæ illi tribuitur, utilitatem poſſis percipere. Sed quæro, unde iſta habuerint Interpretes? Si ex Linguæ Sanctæ ſtudio; quos ſequeris interpretantes, ut meliùs intelligas, ſequere ſtudentes. Si ex aliorum interpretum fide; vide ne cæcus ſequaris cæcos, & aliorum errata in mentem transcribas

bas tuam. Errare hoc in genere pronum eſt. Cave ergo, quibus credas interpretibus: &, ne deceptos ſequendo decipiaris, ſuadeo, ut unum apud te Hebraicæ linguæ peritum ſemper habeas interpretem (te ipſum intelligo) & nolis facilè à dubiâ aliotum ſcientiâ petere, quod à propriâ ſecuriùs habere poteris, & petfectius æquè, ac conſtantiùs.

§. III.

Facilitas.

Poſt hæc quid, obſecro, poteſt te ab hujus linguæ tam nobilis ſimul, & utilis ſtudio retardare? Scio. Difficultatem objicis. Sed ooſti τὰ καλὰ χαλεπά *Quæ pulchra, difficilia*. Ita plerumque eſt. At in re præſenti, maxima difficultatis pars eſt ficta tantùm, & imaginaria: & ideo difficultatem objicis, quia nondum facilitatem expertus es, quæ, ſi in aliâ, maximè in hac addiſcendâ linguâ, repetitur. Nam, ſicut dignitate oulli cedit, & de utilitate certat cum aliis etiam utiliſſimis; ita faci-

facilitate, omnes longè ſuperat. Quod demonſtrari poteſt ab experientiâ, quam de hac ipsâ Grammaticâ ſumpſimus. Hujus enim ope, plures idonei facti ſunt aſſertæ facilitatis teſtes: utpote qui brevi tempore ita profecerint, ut totam Scripturam Hebraicam pervolventes, potuerint expeditè intelligere; & intuentes textum Latinum, promptè reddere Hebraicè. Experientiâ etiam ſæpius repetitâ conſtat, 8 dierum ſpatium ſufficere, ut poſſit quis, concurrente Magiſtri induſtriâ, hujus linguæ fundamenta ſolidè ponere. Et ſanè puto, poſſe aliquem ex hac brevi Grammaticâ faciliùs, quàm ex longioribus, ſine Magiſtro diſcere. Hæc enim brevitas non inde orta eſt, quòd aliqua neceſſaria ſint omiſſa, aut tenebris involuta: Sed partim ex eo, quòd reſecta ſint multa ſuperflua; partim verò,& maximè ex eo,quòd multa particularia, vel ob ipſam multiplicitatem difficilia, ad paucas generales, eaſque faciles,& clarè explicatas regulas, novâ & accuratâ methodo ſint redacta, præ-

cipuis hinc inde annotatis anomaliis. Dixi *præcipuis*: multas enim prudens omiſi, aut potiùs generalibus tantùm terminis innui; quas tamen vix alitet expreſſas invenies in ullâ Grammaticâ, niſi quæ mole turgeat, & diſcentis animum terreat. Noveris autem illas ad præſens intentum minimè eſſe neceſſarias: incipiens enim, ut par eſt, à libris facilioribus, ſeu hiſtoricis, raro in illas incides: poſtea autem magis provectus, propriâ induſtriâ faciliùs notabis, & utiliùs. Similiter multa etiam neceſſaria rejecimus in Appendices; quas ab incipiente, primâ vice omittendas cenſeo: partim ne nondum neceſſariis obruatur,& impediatur,quò minùs citò perveniat ad exercitationem utiliſſimam; partim verò, quia faciliùs intelligentur poſtea. Appendicum autem omiſſarum tituli legendi ſunt, ut ſciatur, quò recurrendum ſit, quando accuratiore doctrinâ opus fuerit. Sic omnia ad facilitatem diſpoſita ſunt.

Quiſquis ergo es doctrinæ ſacræ ſtudio-

dioſus, iterum atque iterum cogita, poſſe te, per laborem modicum in Lingua Sancta addiſcenda impenſum, brevi compendio devitare majorem partem laboris maximi ad ſacras literas rite intelligendas, explicandaſque requiſiti: & ſic, modicum iſtum laborem ſubire non recuſabis. Vive, Amice Lector, & vale: meoque labore, ad laborem tuum minuendum, augendamque utilitatem, utere; omnia mecum referendo

Ad Majorem Dei Gloriam.

Iterum

Iterum Imprimatur.

Si videbitur Reverendiſs. Patri Mag. Sac.Palatii Apoſtolici.

Dominicus de Zaulis Epiſcopus Verulanus Viceſg.

Iterum Imprimatur.

Fr.Joannes Baptiſta Carus Sac. Theol. Magiſter, & Socius Reverendiſſimi P.Paulini Bernardini Sacri Apoſtolici Palatii Magiſtri Ordinis Prædicatorum.

GRAM-

5.6.52 VIII —

GRAMMATICÆ HEBRAICÆ.

CAPUT I.

De Ratione legendi.

RATIO legendi apud hebræos literis, punctis, & accentibus conſtat. Literæ ſunt vigintiduæ, omnes conſonantes: nam vocalium munere funguntur puncta. Earum figuram, nomen, & poteſtatem ſubjecta tabella indicabit.

Figura.	Nomen.	Poteſtas.
א	*Aleph.*	(ʾ)*Spiritus lenis græ.*
ב	*Beth.*	*b. vel v. Conſonans.*
ג	*Gimel.*	*g. vel gh.*
ד	*Daleth.*	*d. vel dh.*
ה	*He.*	*h.*
ו	*Vau.*	*v. Conſonans.*
ז	*Zajin.*	*z.*
ח	*Hheth.*	*hh.*
ט	*Teth.*	*t.*
י	*Jod.*	*j. Conſonans.*
ך כ	*Caph.*	*c. vel ch.*
ל	*Lamed.*	*l.*
ם מ	*Mem.*	*m.*
ן נ	*Nun.*	*n.*
ס	*Samech.*	*ſ.*

Figura

Figura.	Nomen.	Poteſtas.
ע	*Ajin.*	*Aſpiratio denſiſſima.*
פ ף	*Pe.*	*p. vel ph.*
צ ץ	*Tſade.*	*ts.*
ק	*Koph.*	*k.*
ר	*Reſch.*	*r.*
שׂ שׁ	*Scin.*	*ſc, vel ſ.*
ת	*Tau.*	*t. vel th.*

Nota 1. Ex literis, *Gutturales* dicuntur אֲהַחָע, *Labiales* בּוּמַף *Quieſcentes* יֶהֱוִא: Et 11 ſunt *Serviles* comprehenſæ his nominibus מֹשֶׁה אֵיתָן וְכָלֵב

Nota 2. Quinque literæ comprehenſæ voce ſequenti אֶהָלְמַת in fine dictionum, ad verſum explendum, fieri poſſunt longiores, ut in bibliis paſſim videre licet.

Puncta vocalia ſunt 14.

	Nomen.	*Fig.*	*Poteſt.*
Quinq; Longa.	*Camèts*	◌ָ	*a*
	Tſerè	◌ֵ	*e*
	Chirik-gadbòl	◌ִי	*i*
	Vau-cholem	וֹ	*o*
	Shurèk	וּ	*u*
Quinq; Brevia.	*Pathach*	◌ַ	*a*
	Segòl	◌ֶ	*e*
	Chirich-katòn	◌ִ	*i*
	Camèts-catùph	◌ָ	*o*
	Kibbùts	◌ֻ	*u*
Quatuor Breviſſima.	*Shevà ſimplex*	◌ְ	*e*
	Catèph-pathach	◌ֲ	*a*
	Catèph-ſegòl	◌ֱ	*e*
	Catèph-camets	◌ֳ	*o*

Accen-

Accentus.

Accentuum alii ſunt *Grammatici*, alii *Rhetorici*. Quælibet vox (niſi alteri jungatur per Maccàph) habet accentum grammaticum, qui dat tonum ſyllabæ, cui apponitur. Si ergo vox habeat unum accentum, ille eſt grammaticus: ſi duos, poſterior eſt grammaticus; alter Rhetoricus ornans. Præcipui ex Grammaticis ſunt quatuor *Diſtinguentes*, quos vide in tabula ſubjecta applicatos ad nomen אָב

Fig. & ſit.	*Nomen.*	*Valor.*
אָֽב׃	*Soph-paſùk*	*Punctum.*
אָ֑ב	*Athnàk*	2 *Puncta.*
אָ֔ב	*Zakèph-Katòn*	*Punctū, & virg.*
אָ֗ב	*Revia*	*Virgula.*

Ex Rhetoricis, duo ſunt præcipuè in uſu. 1[us.] *Metheg*, inter ſhevà & Camèts in voce לְמָרָה. Dicitur Metheg, id eſt, frænum, quia linguam frænat, ut poſtea explicabitur. 2[us.] *Maccàph*

 con-

conjungit duas, aut plures voculas, ut כָּל־גּוֹי *omnis gens.* Quoad ſedem, accentus grammaticus ſemper eſt in ultima, vel in penultima ſyllaba: plerumque in ultima. Dictio, quæ accentum habet in ultima, vocatur *Milra*, quæ in penultima, vocatur *Milel.* Cæterùm quænam dictio ſit *Milra*, quæ *Milel*, uſus meliùs docebit.

His præcognitis, ut ratio legendi conſtet, omnia neceſſaria paragraphis paucis comprehendam.

§. I.

De punctis vocalibus ad literas applicandis.

Hæc tria puncta (וּ) (וֹ) (ִי) literis adjunguntur ad latus ſic. לִי לוֹ לוּ. Et (quia in lingua Hebraica, ſicut & in cæteris orientalibus, lectio inchoatur à dextra, & pergit ad ſiniſtram) legendum eſt, *li, lo, lu.* Porro Vau-cholem ſæpe ſcribitur ſine vau expreſſo: unde contingit aliquando, ut coincidat cum puncto literæ שׁ.

Reli-

Reliqua puncta vocalia ſcribuntur ſub literis, ſed poſt illas pronunciantur. Sic רָם legendum eſt *Ram*, non *Arm*.

Excipe *Pathach ſuffuratum*, ſeu Pathach neceſſitatis ſub literis ח, ע, & He (cum puncto illo, quod dicitur *Mappik* ſeu extenſor הּ) in fine vocum. Quando enim illæ literæ ſunt in fine vocum, & non præcedit immediatè Camèts, aut Pathach, ut rectè pronuncientur, ponitur ſub illis Pathach, quod, præter leges communes, & quaſi furtim ingreditur inter illas literas, & punctum præcedens. Sic מָשִׁיחַ legitur *Maſchiahh*, non *Maſchihha*.

§. II.

De literis quieſcentibus יהוא.

Initio dictionis, nulla illarum quieſcit. Literam autem *quieſcere*, *ſilere*, aut *mutam eſſe*, apud Grammaticos idem eſt, ac *non legi*: & *moveri*, idem eſt, ac *legi*.

In medio, nulla quieſcit, niſi puncto vocali careat.

In fine א ſemper quieſcit. Similiter

liter ה, niſi puncto Mappik notetur. Sic (י) poſt (ֵ) ut אֵי *ubi*: lege *e*, non *ei*. Cum cæteris autem vocalibus coaleſcit in diphthongum, ut חַי *hhai* vivus.

Dicitur etiam (י) quieſcere, quando conſtituit Chirik-gadhòl. Et (ו) quando conſtituit (וּ) aut (וֹ) aliàs Vau nunquam quieſcit in fine.

§. III.

De Shevà Quieſcente.

Shevà aliquando movetur, aliquando quieſcit, ut ergo Shevà mobile à quieſcente diſtinguas. Hæc ſit regula:

Shevà ſilet poſt grammaticum accentum, aut breve punctum.

Nota tamen 1°. Shevà veniens poſt aliud Shevà (ſive expreſſum, ſive intellectum) non quieſcit; quia ſic non venit poſt *breve punctum*, ſed poſt breviſſimum. Si autem duplex Shevà veniat poſt accentum grammaticum, utrumque quieſcit.

Nota

Nota 2°. Shevà ſemper movetur, ſub litera dagheshata, ut לִמְּדוּ lege *limmedù*, non *limdù*. Similiter ſub priore ex literis geminatis juxta poſitis, ut הַלְלוּ lege *halelù*, non *hallù*.

§. IV.

De Shevà ſubintellecto.

Shevà *mutum* inſcribitur omni Caph finali ſic ךְ, niſi inſcribatur Camèts ſic ךָ. Sub aliis lit. in fine vocum, aliquando exprimitur Shevà *mutum*. Quando autem non exprimitur, ſubintelligitur ſub omni litera mobili, quæ dictionem claudit.

§. V.

De Daghèsh.

Punctum in medio literæ impreſſum vocatur *Daghèsh*. Excipe tamen punctum in medio literæ הּ, quod non eſt Daghèsh, ſed Mappik: & punctum in medio literæ וּ quando cum illa conſtituit Shurèk.

Daghèſh autem duplex eſt. *Lene*, & *Forte*.

Daghèſh Lene inſcribitur ſolis literis בגד כפת; illiſque rarò inſcribitur, niſi ſint *in principio ſententiæ*, vel veniant immediatè poſt Shevà *mutum*, ſive ejuſdem, ſive diverſæ dictionis. Dicitur *Lene*, quia merè tollit aſpirationem: nam, ſine Daghèſh, literæ illæ ſonant *Bh. ſeu V. Gh. Dh. Ch. Ph. Th.* Cum Daghèſh autem ſonant *B.G.D.C.P.T.*

Daghèſh Forte invenitur in omnibus literis, exceptis *gutturalibus*, & *Reſh.* Dicitur *Forte*, quia non merè tollit aſpirationem à literis illis aſpiratis; ſed etiam illas, & quaſcumque alias, in quibus inſigitur, ingeminat.

§. VI.

De Camèts-catuph diſtinguendo à Camèts.

Camèts-catuph figurâ non differt à Camèts: ut ergo aliunde diſtinguatur, hæc ſit Regula.

Niſi

Niſi accentus mediet, Camèts (o) ante Shevà ſit.

Quadtuplex eſt caſus & 4 exemplis ptoponam.

כָּלּוֹ כָּל־גּוֹי וַיָּקָם חָכְמָה

1 *Hhocmà.* 2 *Vaijàkom.* 3 *Col-goi.* 4 *Collù.*

In 1°. exemplo (ָ) venit ante Shevà expreſſum.

In 2°. & 3°. venit ante Shevà *mutum*, quod (juxta dicta §. 4.) intelligitur ſub ם & ל. In 4°. exemplo, ſub litera ל geminata per daghèsh, intelligitur etiam Shevà *mutum*: perinde enim eſt, ac ſi ſcriberetur כָּלְלוֹ. Nullus autem accentus in dictis exemplis mediat inter Camets, & Shevà.

Vide nunc 4 exempla oppoſita.

לָמָּה שָׁאֲנָא דְּבָרִים חָכְמָה.

1 *Hhacmà.* 2 *Devarìm* 3 *Sa-na* 4 *Lamma.*

In 1°. exemplo venit quidem (ָ) ante Shevà expreſſum: ſed mediat accentus *Metheg*. In 2°. & 4°. venit (ָ) ante Shevà ſubintellectum: ſed mediat accentus grammaticus. In 3°. exemplo, non venit ante Shevà ſive expreſ-

ſum

ſum, ſive ſubintellectum.

Nota inſuper quòd (·) ante (·) ſit O, licet mediet accentus, ſicut ſæpe mediat inter punctum compoſitum, & breve affine.

APPENDIX
De Accentibus,& *Keri Kethib.*

Magnam Grammaticorum Accentuum turmam omiſimus: quia tyronum captum tranſcendit: id tantum ſcire ſufficiet, ſyllabam, quæ habet accentum, tono afficiendam. Tenenda eſt ergo regula ſuperiùs tradita pro ſede accentûs grammatici, & obſervanda ſunt paradigmata grammaticalia nominum,& verborum: in illis enim, ad ſingulas voces, loco accentûs grammatici,ſimplicem virgulam appoſuimus, quæ ſyllabam indicet tono afficiendam.

Reſtat nunc unum advertendum, ideſt, ſæpe inveniri in Bibliis circellum,qui ſupra vocem poſitus ſignificat, vocem illam legendam aliter, quàm ſcribatur in textu. Et in multis Bibliis vera

vera lectio notatur in margine. Sic *Gen.* 25.23. in textu habetur גיים, in margine autem גוים, adjunctâ literâ ק. Circellus in textu monet lectorem, non haberi ibi omnes literas debitas: & ק in margine ſignificat, vocem legendam eſſe per literas marginales, applicatis punctis textualibus. ק enim eſt abbreviatio, pro קְרִי *lectum*. Tota verò hæc diverſitas inter lectionem & ſcriptionem, vocatur à Rabbinis *Kerì Kethìb*. Voces autem illæ קְרִי & כְּתִיב ſunt in forma Chaldaica: & ſignificant idem, quod Hebraicè קָרוּא & כָּתוּב, id eſt, *Lectum, Scriptum*.

CAPUT II.

De Nomine, Præfixis, & Pronomine.

NOmini accidunt, *Genus*, *Numerus*, *Caſus*; &, apud Hebræos, *Præfixa* caſuum expreſſiva, ſicut & *Suffixa*, quæ originem ducunt ex pronomine primitivo, & locum ſupplent pronomi-

nominis poſſeſſivi. Unde ut hæc omnia breviter & diſtinctè explicentur, ſit

§. I.

De Genere.

Genera in nominibus Hebraicis ſunt tria. Maſc. Fœm: Com. pro quibus hæc ſit regula,

Fœminea ָה, ַת, ִית, וּת *Gens, Urbs, membra gemella.*

Maſcula cætera pleraque ſunt. Communia multa.

Senſus eſt. Fœminini generis eſſe ſolent, nomina terminata in ָה, ſicut & in ַת, ִית, וּת cum ת (ut plerumque ſit) ſervili. Item nomina, quæ ſignificant Gentes, Urbes, & membra gemella, qualia ſunt, oculi, aures, manus &c. Hinc

Adjectiva fœminina formantur à maſculinis, communiter, addendo ָה, ut טוב *bonus*, טוֹבָה *bona*: ſed priùs tollitur terminatio ֶה, ut יָפֶה *pulcher*, יָפָה *pulchra*:

Aliquando, addendo ַת, ut אַחֵר *alius*

alius אַחֶרֶת *alia*. Et utroque modo fit in Participiis, ut ſuo loco videbimus.

Fœmininum per (ית) formant nomina Ordinalia,& Gentilia terminata in (י) ut שֵׁנִי *Secundus*. שֵׁנִית *Secunda*. עִבְרִי *Hebræus*. עִבְרִית *Hebræa*. Alio item modo, ut עִבְרִיָּה.

Genus Neutrum (licet aliquando per maſculinum) communiter exprimitur per fœmininum: ut notat S.Hieronymus ad finem c.7. *Eccle*. Et hinc in Pſalmo dicitur, *unam* petii à Domino, *hanc* requiram.

Gradus Comparationis (ut hos explicando, ſimul compleamus doctrinam de *Adjectivis*) fiunt circumloquendo ſic: טוֹב מִיַּיִן *bonum præ vino*, i. e. *melius vino*. טוֹב מְאֹד *bonum valde* i. e. *optimum*: vel ſic יָפָה בַּנָּשִׁים Cant. 1. 8. *pulchra in mulieribus*. i.e. *pulcherrima*. ſic, *Benedicta tu in mulieribus* i. e. *Benedictiſſima mulierum*.

§.II.

§. II.

De Numero.

Numeri ſunt tres. Singularis, Dualis, & Pluralis.

Dualis fit, addendo (ַיִם) ut יוֹם *dies*, יוֹמַיִם *biduum*: ſed nomina terminata in (ָה) priùs mutant ה in ת ut אַמָּה *cubiti*, אַמָּתַיִם *duo cubiti*.

Pluralis in maſculinis fit, addendo (ִים) ut שִׁיר *canticum*. Pl. שִׁירִים ſed priùs tollitur terminatio ה ut פֶּה *os*, פִּים *ora*.

Pluralis in fœmininis fit addendo וֹת, ut אוֹת *ſignum* pl. אוֹתוֹת: ſed priùs tollitur terminatio ָה ſicut & ת ſervilis. ut חוֹמָה *murus*, pl. חוֹמוֹת. אִגֶּרֶת *Epiſtola* pl. אִגְּרוֹת. Speciale eſt מַלְכוּת *regnum* pl. מַלְכֻיּוֹת ſicut & אָמָה *Ancilla*, plur. אֲמָהוֹת retento ה.

Anomala.

1. Quædam nomina habent ſingularem numerum tantum, ut nomina propria, appellativa metallorum &c.

Quæ-

2. Quædam dualem tantùm. ut מַיִם *aqua*. שָׁמַיִם *cæli* &c.

3. Quædam pluralem tantùm. ut חַיִּים *vita*. פָּנִים *facies* &c.

4. Quædam habent terminationem maſculinam in ſingulari, & fœmininam in plurali. ut אָב *pater*.pl.אָבוֹת.

5. Quædam è contrà. ut יוֹנָה *columba*. pl. יוֹנִים.

6. Quædam in plurali habent utramque terminationem. ut צָבָא *Exercitus*.pl. צְבָאִים vel צְבָאוֹת. דּוֹר *ætas*, *generatio*. pl. דּוֹרִים vel דּוֹרוֹת &c.

§. III.

De Caſu.

Caſus Genitivus exprimitur per Regimen.

Quoties enim in lingua latina, ex duobus ſubſtantivis concurrentibus, poſterius debet eſſe in genitivo caſu; toties in hebraica, *prius* dicitur eſſe in Regimine, ſeu in ſtatu conſtructo. *Regimen* autem mutat terminationem ָה in ַת. ut מַלְכָּה *Regina* מַלְכַּת שָׁמַיִם *Regina*

gina cœlorum, Item terminationem pluralem (ִים) & dualem (ַיִם) mutat in (ֵי) ut חַיִּים vita, חַיֵּי אַבְרָהָם *vita Abrahami.* עֵינַיִם *oculi*, עֵינֵי יוֹנִים *oculi columbarum*.

Accuſativus exprimitur per particulam אֶת.

Reliqui caſus exprimuntur per literas quaſdam nominibus præfixas: quas ſimul cum aliis *Præfixis*, quæ frequenter occurrunt, breviter nunc explicabo.

§. IV.
De Præfixis.

Sunt ſeptem literæ (comprehenſæ his vocibus מֹשֶׁה וְכָלֵב) quæ, quia præfigi ſolent, vocantur *Præfixa*. Quid ſignificent dum præfiguntur, & quibus punctis inſtrui debeant, Tabula ſubjecta indicabit.

ſigni-

	Significatio.	*Modus præfigendi.*	
מ	A Ex. Præ.	per (.)	Infixo daghèsh forti in litera ſequente.
ש	Qui. Quæ. Quod	per (.)	
ה	ὁ, ἡ, τὸ,	pêr (-)	
ו	Et.	Communiter per Shevà.	
כ	Sicut.		
ל	Ad. ſignũ Dativi.		
ב	In.		

De Daghèsh autem infigendo., hîc & alibi paſſim locum habet hæc

Regula Generalis.

Si litera, quæ deberet dagheſhari, non poteſt recipere daghèsh; compenſatio debet fieri, mutando punctum breve præcedens, in longum, ideſt, (·) in (-) (·) in (·) (-) in (·)

Sed ad pleniorem notitiam de his *Præfixis*, ſit

APPENDIX I.

De ה

Juxta dicta, ה Demonſtrativum præfigitur per pathach ſequente daghèsh. Et, ob daghèsh excluſum, Pathach, juxta regulam generalem,

mutatur in Camets. Obſervandæ tamen ſunt hæ

Regulæ Speciales.

1. ה Demonſtrativum ante literas ה & ח & ק Shevatum Participii, quæ excludunt daghèsh, præfigitur per pathach. Et ſic nulla fit compenſatio. Imò Pathach ante ה, & ח rarò mutatur in Camèts ob compenſationem.

2. Ante הָ & עָ cametſatas in penultima ſyllaba exiſtentes, & ante חָ cametſatam, ſive in penultima ſive alibi, Pathach mutatur in ſegòl.

3. ה Præfixum, aliquando eſt *Interrogativum*. Tunc autem communiter præfigitur (ֲ) ut הֲלֹא *an non?*

APPENDIX II.

De ו

Dictum eſt quòd (ו) præfigatur communiter per Shevà. Obſervandæ tamen ſunt hæ

Regu-

Regulæ Speciales.

1. Ante literas Shevatas, aut Labiales, mutari ſolet in (ו) Et Shurèk illud habetur pro brevi.

2. Quando (ו) copulat nomina, quorum poſterius eſt monoſyllabon, aut *Milel*, præfigitur per (ּ) etiam ante Labiales.

3. Aliquando (ו) non tantùm copulat, ſed, quoad ſignificationem, convertit Præteritum in Futurum, & contrà.

Vau Converſivum Præteriti, præfigitur juxta regulas jam datas: ſed in 1. & 2. perſona ſing. trajicit accentum in ultimam ſyllabam: ut וְאָמַרְתָּ *& dices*. וְשָׁמַרְתִּי *& cuſtodiam*. Excipe verba Quieſcentia *Lamedh - Aleph & Lamed-He*.)

Vau Converſivum Futuri præfigitur per (ַ) ſequente daghèsh. Jodh autem Futuri Shevatum, non recipit daghèsh, nec ulla fit compenſatio.

Nota. Hoc ו Converſivum Futuri ſæpe retrahit accentum, & ſimul mu-

 tat

tat ultimum (ֵ) aut (ֶ) in (ִ) ſicut & ultimum(ֹ)aut (ֻ) inCamèts-Catùph. ut יָקוּם יְבָרֵךְ à וַיָּקָם וַיְבָרֶךְ Aliquando etiam mutat ultimum(ֹ) in (ַ) ante*Gutturales*, *&* *Resh*.

APPENDIX III.

De בּ ל כּ

Præfiguntur communiter per Shevà, ut dictum eſt. Obſervandæ tamen ſunt hæ

Regulæ Speciales.

1. Ante Jodh Shevatum, habent chirik. Et hoc juxta regulam generalem tradendam cap. Sequenti. Inſuper autem abjicitur Shevà ipſius Jodh: & ſic, pro duplici Shevà, manet unum Chirik. ut בִּיהוּדָה *in Judæa*, loco dicendi בְּיְהוּדָה

2. Sæpe expludunt ה demonſtrativum, &, ſuccedentes, punctum ejus aſſumunt. ut לַמֶּלֶךְ *Regi*, pro לְהַמֶּלֶךְ

3. Ante verba Infinitiva, ſi ſint monoſyllaba, aut *Milel*, ל præfigitur per Camèts. Sic etiam aliquando ante

ante nomina monoſyllaba, & *Milel*.

§. V.

De Pronomine Primitivo.

Pronomina Primitiva ſunt *perfecta*: quia declinantur cum genere & numero; habenteque ſuo modo Caſus per *Præfixa* exprimendos, ut in Tabula ſequente.

	Nom	*Gen:*	*Dat:*	*Accuſ:*	*Ablat:*
Ego Com.	אֲנִי	שֶׁלִּי Formatur à Dativo, mere præfigendo שֶׁ more ſolito.	לִי	אוֹתִי	מִמֶּנִּי
Tu maſc.	אַתָּה		לְךָ	אוֹתְךָ	מִמְּךָ
Tu fœm.	אַתְּ		לָךְ	אוֹתָךְ	מִמֵּךְ
Ille	הוּא		לוֹ	אוֹתוֹ	מִמֶּנּוּ
Illa	הִיא		לָהּ	אוֹתָהּ	מִמֶּנָּה
Nos Com.	אֲנַחְנוּ		לָנוּ	אוֹתָנוּ	מִמֶּנּוּ
Vos maſc.	אַתֶּם		לָכֶם	אֶתְכֶם	מִכֶּם
Vos fœm.	אַתֶּן		לָכֶן	אֶתְכֶן	מִכֶּן
Illi	הֵם		לָהֶם	אוֹתָם	מֵהֶם
Illæ	הֵן		לָהֶן	אוֹתָן	מֵהֶן

Annotationes.

1. Frequenter dicitur אָנֹכִי pro אֲנִי 2. Aliquando per aphæreſin, נַחְנוּ pro אֲנַחְנוּ 3. Poeticè לָמוֹ pro לָהֶם 4. Cum ה Paragogico, אַתֵּנָה הֵנָּה הֵמָּה pro אַתֵּן הֵן הֵם 5. Abjecto altero מ, מִנִּי pro מִמֶּנִּי &c.

Huc reducuntur Alia Pronomina.

1. *Demonſtrativum.* Sing. Maſc. זֶה *hic, iſte*. Sing. fœm: זֹאת, זוֹ, זֹה, Sing. com: זוּ. Plur. com: אֵלֶּה אֵל *hi, & hæ.*

2. *Relativum* אֲשֶׁר omnis gen: & num. ut Præfixum שׁ

3. *Interrogativum*, de perſona. מִי *Quis? Quæ?*

Et de alia re quavis, מָה, מַה, מֶה *Quid?*

§. VI.

De Pronomine poſſeſſivo, ſeu Suffixis.

Pronomina poſſeſſiva, ſunt particulæ deſumptæ ex Primitivis: Et, quia nominibus ſuffigi ſolent, dicuntur *Suffixa.* Non variantur ob diverſum genus nominis,

minis, cui ſuffiguntur, ſed ob diverſum genus perſonæ poſſidentis, ut patet ex Tabula ſequente.

	Nomen Sing.				*Nomen plurale.*	
	Perſon	Suffix.	שִׁיר	Perſon.	Suffix.	שִׁירִים
Suffixa ſingularia.	1. C.	ִי	שִׁירִי	1. C.	ַי	שִׁירַי
	2. M.	ְךָ	שִׁירְךָ	2. M.	ֶיךָ	שִׁירֶיךָ
	2. F.	ֵךְ	שִׁירֵךְ	2. F.	ַיִךְ	שִׁירַיִךְ
	3. M.	ו	שִׁירוֹ	3. M.	ָיו	שִׁירָיו
	3. F.	ָהּ	שִׁירָהּ	3. F.	ֶיהָ	שִׁירֶיהָ
Suffixa pluralia.	1. C.	ֵנוּ	שִׁירֵנוּ	1. C.	ֵנוּ	שִׁירֵינוּ
	2. M.	ְכֶם	שִׁירְכֶם	2. M.	ֵכֶם	שִׁירֵיכֶם
	2. F.	ְכֶן	שִׁירְכֶן	2. F.	ֵכֶן	שִׁירֵיכֶן
	3. M.	ָם	שִׁירָם	3. M.	ֵהֶם	שִׁירֵיהֶם
	3. F.	ָן	שִׁירָן	3. F.	ֵהֶן	שִׁירֵיהֶן

Annotationes.

1. Nomina ſingularia terminata in (ֶה) hanc terminationem abjiciunt, antequàm adiungatur ſuffixum: ut שָׂדֶה *ager*, שָׂדִי *ager meus*.

Terminata autem in (ה ָ) mutant ה in ת ut מַלְכָּה *Regina*, מַלְכָּתִי *Regina mea*. פֶּחָה *Dux*, פֶּחָתְךָ *Dux tuus*.

2. Nomina Pluralia terminata in וֹת (ut מְלָכוֹת *Reginæ*; אָבוֹת *Patres*) ſumi poſſunt tanquam maſculina ſingularia, ut inde fiant pluralia (אֲבוֹתִים מַלְכוֹתִים) ſi enim his pluralibus fictis jungantur *ſuffixa* more ſolito, omnia rectè ſe habebunt; ut מַלְכוּתִי מַלְכוּתְךָ *Regina mea*, *tua* &c. אֲבוֹתַי, אֲבוֹתֶיךָ *Patres mei*, *tui* &c. Sed hujuſmodi nomina recipiunt etiam ſuffixa ם ָ & ן, ut מַלְכוֹתָם *Reginæ eorum*, אֲבוֹתָן *Patres earum*.

APPENDIX
De Formatione Nominum.

Nomina formantur à verbis, diverſimode.

1. Per meram mutationem punctorum. ut מֶלֶךְ *Rex*, à verbo מָלַךְ *regnavit*.

2. Per repetitionem alicujus literæ radicalis. ut קָדְקֹד *vertex*, à verbo קָדַד *inclinavit verticem*.

Per

3. Per literas הָאֶמַנְתִּי ſuperadditas. Ex his autem literis; מ & א præponi ſolent, ה poſtponi; reliquæ præ, vel poſt.

Variæ etiam ſunt nominum claſſes, per analogiam ad varias Conjugationes verborum. Nomina autem derivata à verbis Imperfectis ſequuntur, ut plurimùm, illorum anomalias, ſeu irregularitates, de quibus poſtea.

CAPUT III.

De Mutatione Punctorum.

IN cap. præcedenti, ut facilior eſſet doctrina illa generalis; eligendo exempla, in quibus non requirebatur Punctorum Mutatio, ſtudioſè vitavimus hanc difficultatem, quæ, ut pleriſque videtur, eſt hujus Linguæ præcipua. Nunc autem, ut eam enodemus, ſit

§. I.

De Mutatione ob Accentum.

Ob Accentum diſtinctivum, præcipuè ſi ſit unus ex majoribus, varia ſit mutatio; punctis, propter pauſam, productis.

1. Generaliter, Pathach præcedens mutatur in Camèts. Ut אֱלֹהָ֑י *Deus meus*, pro אֱלֹהַי. אָמָר *dixit*, pro אָמַר

2. In nominibus. Shevà mutatur in (ֶ) retracto accentu. Ut פֶּ֑רִי *fructus* pro פְּרִי. Quod frequenter ſit ante ſuffixum ךָ ut יָדֶ֑ךָ *manus tua*, pro יָדְךָ. Sic (ְ) aliquando mutatur in Cholem, ut חֹ֑לִי *morbus* pro חֳלִי.

Item (ֵ) præcedens ſæpe mutatur in (ֶ) ut שֶׁ֑מֶשׁ *ſol*, pro שֵׁמֶשׁ: ſic aliquando in verbis, ut לָשָׁ֑בֶת *ſedere*, pro לָשֶׁבֶת.

Unum eſt nomen אֶרֶץ *terra*, quod, quando ei præfigitur ה, ſemper mutat prius (ֶ) in Camèts, licet non adſit accentus diſtinctivus. E contrà מֶלֶךְ *Rex*, & צֶדֶק *juſtitia*, nunquam mutantur ob accentum.

In

3. In verbis. Shevà mutatur in ־ָ punctum longum, ex quo ortum habuit, retracto accentu. Ut יִמְסָרוּ *tradent*, pro יִמְסְרוּ à fut. ſing. יִמְסֹר. Illud autem Shevà mutandum, ſi ortum habuit ex brevi, mutatur in longum ſimile, ut מָסָרָה *tradiderunt*, pro מָסְרוּ à ſing. מָסַר.

Maccàph è contra, mutare ſolet puncta longa in ſimilia brevia. i. e. (ָ) in (ַ) (ֵ) in (ֶ) (ו) in Camèts-catùph. ut מַה־ *quid*, pro מָה. אֶת־כָּל־ *totum*, pro אֵת כּוֹל.

§. II.

De Mutatione ob alias cauſas.

Præter Accentum, quatuor ſunt cauſæ, ob quas ſæpè mutantur puncta in nominibus, ideſt, *Suffixum*, *Regimen*, *Numerus* (dualis, aut pluralis) *Genus fœm*: quando in adjectivis, Genus fœmininum formatur ex maſculino. Et (generatim loquendo de mutatione ob iſtas cauſas) quatuor tantùm ſunt puncta mutabilia i. e. (ָ) (ֵ) (ְ) (ׄ). Nec niſi in ultimâ, vel penulti-

ma ſyllaba. Mutantur autem quatuor dicta puncta, ob quatuor dictas cauſas, juxta regulas ſequentes

Pro (·) (·) ( ) in Penult.

REGULA. *Camets, Tſere, Segol, quando ſunt in penultima ſyllaba, debent mutari in Shevà, ob quamlibet ex dictis quatuor cauſis.*

Fit tamen Exceptio: quia Regimen ſingulare retinet Segòl, & Tſerè ſimiliter quando conſtituit quinque puncta, ut in nomine עֵגֶל *Vitulus*.

Pro eiſdem in ultima ſyllaba.

1. REGULA. *Camets ultimum mutatur in ſingulari in (-) ob regimen, & cum affixis* כָּם ,כָּן. *In plur. verò mutatur in* (·) *ob regimen, & cum affixis* כֶם ,כֶן, & הֶם ,הֶן.

2. *Tſere ultimum, ſi præcedat* (·), *mutatur ut Camets: Si præcedat aliud punctum in regim. ſing. manet immotum; aliàs ſemper mutatur in* (·).

3. *Segol ultimum (extra regim. ſing. ubi manet) ferè mutatur in* ( ) *præter-*

quam

quam in plurali tam ſtatus abſoluti, quàm in affixis aliis à הָם, חָן, כָם, כָן, *in quibus mutatur in* (ׇ).

Pro (ֹ)

REGULA. *Cholem non mutatur, niſi ſit in penultima ſyllaba, & veniat ante Segòl, aut Patach. Tunc autem mutatur in* (o) *breviſſimum, ſeu* (ֳ).

Excipitur tamen Regimen ſingulare, ubi proinde nulla fit mutatio.

Nota 1. *Pathach vicarium* רְעֵ (ֲ) habetur pro (ַ) & eaſdem leges ſequitur. Eſt autem Pathach vicarium רְעֵ ſegòl, quando venit ſub, vel ante gutturalem in dictione *Milel*: Ut בַּעַל *Dominus*, pro בֹּעַל פֶּסַח *Paſcha*, pro פֶּסַח

Nota 2. Sæpe contingit, ut mutatio facta juxta regulas præcedentes (licet primò, & per ſe debita) corrigenda ſit, juxta regulas aſſignandas in §. ſequenti.

§. III.

Regulæ Generales pro Shevà.

1. REGULA. *Shevà ſimplex, licet quieſcens, rarò, mobile autem nunquam ponitur ſub gutturali; ſed, loco ejus, poni debet Shevà compoſitum.* Hoc autem Shevà compoſitum, plerumque eſt (ֲ), aut aliud affine puncto præcedenti.

Hinc obiter evincitur, dari (o) breviſſimum, ſeu punctum compoſitum quod vocavimus *Catèph-Camèts*. Nam ſicut cætera puncta compoſita, ſic (ֳ) ponitur pro Shevà ſub gutturalibus, præſertim poſt (o) breve. Sic dicitur אָהֳלוֹ oholò *tabernaculum ejus*, pro אָהְלוֹ ohlò, ab אֹהֶל. Et ſimiliter fit per totam Conjugationem *Hophàl*, quando prima Radicis eſt gutturalis.

2. REGULA. *Punctum compoſitum ante aliud Shevà, amittit ſuum.* Ut, (ex מַעֲשֶׂה *opus*) מַעַשְׂךָ *opus tuum*, pro מַעֲשְׂךָ in pauſa autem eſſet מַעֲשֶׂךָ.

3. REGULA. *Shevà ſimplex non legi-*

legitur ante aliud Sheva ſive ſimplex, ſive compoſitum. Sed primo Shevà ſimplex ante aliud Shevà ſimplex, mutatur *Communiter* in Chirik-parvum: *Frequenter* in Pathach, præſertim ſub, vel ante gutturalem: *Aliquando* in Segòl, præſertim ſi Shevà mutandum originem ducat ex Tſere. Secundò Shevà ſimplex ante Shevà compoſitum, mutatur in punctum affine ipſi compoſito. Ut וַאֲנִי *& ego*, בֶּאֱמֶת *in veritate*, בָּעֳנִי *in afflictione*.

Hinc oritur *Specialis contractio*, ut dicatur בַּאדֹנָי *in Domino*, pro בַּאֲדֹנָי, & בֵּאלֹהִים *in Deo*, pro בֶּאֱלֹהִים. Sic frequens eſt לֵאמֹר *dicere*, pro לֶאֱמֹר.

Mutatio ergo punctorum facta juxta regulas datas in §. præcedenti, debet ita corrigi juxta has ultimas tres regulas generales, ut neque Shevà ſimplex legatur ſub gutturali, neque legatur Shevà ſive ſimplex, ſive compoſitum, ante aliud Shevà. Et ſic Mutatio redditur completa.

§. IV.

§. IV.

Exempla Mutationis Completæ.

Patet ex regulis de mutatione punctorum, quòd eadem mutatio, quæ fit pro Regimine, ſeu Forma conſtructa, inſerviat etiam *ſuffixis* כֶם, כֶן & הֶם, הֶן; cùm interim reliqua *ſuffixa* ſequantur potiùs formam abſolutam. Hinc, quatuor illa *ſuffixa* vocabo *Conſtructa*, reliqua vocabo *Abſoluta*: Et ut res magis adhuc pateat, adjungam exempla, juxta varias Nominum Claſſes.

Sing. דָּבָר *verbum* cum Suffix: *Abſolutis* דְּבָרִי &c.

Reg. דְּבַר Et ſic ſuffix: *Conſtructa* ut דְּבַרְכֶם

Plur. דְּבָרִים. Et ſic ſuffix: *Abſoluta* ut דְּבָרַי.

Reg. דִּבְרֵי Et ſic ſuffix: *Conſtructa* ut דִּבְרֵיכֶם

Sing. שָׁכֵן *vicinus cum Abſolutis* ut שְׁכֵנִי &c.

Reg.

Reg. שְׁכֵן Et ſic cum Conſtructis ut שְׁכֵנְכֶם.

Plur. שְׁכֵנִים Et ſic cum Abſolutis ut שְׁכֵנַי.

Reg. שְׁכֵנֵי Et ſic cum Conſtructis ut שְׁכֵנֵיכֶם.

בֶּגֶד	*Veſtis*	Nil mutant ob Regimen ſing.	בִּגְדִי
מֶלֶךְ	*Rex*		מַלְכִּי
עֵגֶל	*Vitulus*	ſed cum omnib. ſuffixis ſic.	עֶגְלִי
קוֹדֶשׁ	*Sanctitas*		קָדְשִׁי

In plurali.	בְּגָדִים	Et ſic cum ſuffix. abſolutis. ut	בְּגָדַי
	מְלָכִים		מְלָכַי
	עֲגָלִים		עֲגָלַי
	קֳדָשִׁים		קֳדָשַׁי

Reg. Plur.	בִּגְדֵי	Et ſic cum ſuffix. Conſtructis, ut	בִּגְדֵיכֶם
	מַלְכֵי		מַלְכֵיכֶם
	עֶגְלֵי		עֶגְלֵיכֶם
	קָדְשֵׁי		קָדְשֵׁיכֶם

צְדָקָה *Juſtitia.* Suff: abſoluta ut צִדְקָתִי.
Reg. צִדְקַת Suff: Conſtructa ut צִדְקַתְכֶם.
Pl. צְדָקוֹת, quaſi à ſing: צְדָק, quia (ut dictum eſt c.2. §. 2.) הָ tollitur priuſquàm addatur וֹת

Reg. צִדְקוֹת Plurale fictum (de quo cap.2.

D

cap.2.) צִרְקוֹתֵיכֶם Unde omnia ſuffixa ut צִדְקוֹתַי , צִדְקוֹתֶיךָ &c.

Eandem formam ſequitur שִׁפְחָה *Ancilla* cum aliis multis ſimiliter contractis. Nam (quaſi eſſet in ſingulari שְׁפָחָה) fit in plurali abſoluto שְׁפָחוֹת

APPENDICES.

De Punctorum mutatione anomalâ.

Inter legendum, multæ occurrunt Punctorum mutationes anomalæ: quarum præcipuas in his appendicibus breviter explicabo.

APPENDIX I.

De Accentu diſtinctivo.

Accentus diſtinctivi, præcipuè majores *Soph-pasùk* & *Athnàk*, faciunt

לָךְ	pro	לְךָ	‖	עָתָּה	pro	עַתָּה
אוֹתָךְ		אוֹתְךָ		אָתָּה		אַתָּה
מִסֵּךְ		מִסְּךָ		אָנֹכִי		אָנֹכִי
בָּךְ		בְּךָ		אָנִי :		אֲנִי

In illis tranſponuntur puncta, & ſyllabarum numerus contrahitur: in iſtis

iſtis producuntur puncta, & Accentus retrahitur.

APPENDIX II.

De Nominibus ortis ex Defectivis ע״ע.

Hæc Nomina nil ſolent mutare ob Regimen ſing: ſed aucta à fine per ſuffixum, numerum pluralem, aut terminationem fæmininam; habent dagheſh ad ſignificandum defectum; & punctum longum præcedens mutatur in breve, ideſt,

(ֵ in ִ) (ָ in ַ) (וֹ in ֻ)

Sic שַׂק *ſaccus.* ſuffix: שַׂקִּי . תָּם *perfectus, integer.* pl: תַּמִּים fæm: תַּמָּה .

לֵב *Cor*, לִבִּי *cor meum.* חֵן gratia, חִנּוֹ *gratia ejus.* עֹז *robur*, עֻזִּי *robur meum.* תֹּם *perfectio*, תֻּמִּי &c.

In his autem Nominibus (ִ) repertum ſub augmento antecedente, manet. Ut מָגֵן *Clypeus* à גָּנַן *protexit*, Pl: מָגִנִּים. Suffix: מָגִנִּי &c. Excipitur מָחוֹל *Chorus*.

Hæc

פַּת	*Buccella*	Aucta à fine, mutant (-) in (·) ſequente daghèsh. ſic Plur: פִּתִּים *Buccellæ* &c.
מַס	*Tributum*	
צַר	*Latus*	
חַת	*Terror*	
בַּז	*Præda*	
סַף	*Limen*	
גַּת	*Torcular*	

Ad defectiva redeuntia

בַּת *filia*, pro בְּנַת ſuffix: בִּתִּי &c.
Pl. בָּנוֹת Et cetera inde regulariter.
אֱמֶת *veritas*, pro אֲמֶנֶת ſuff. אֲמִתִּי &c.
אַף *facies, naſus, ira* pro אֲנַף ſuff: אַפִּי.

APPENDIX III.

De Nominibus ortis ex Quieſcentibus ו.

1. Hæc

מָוֶת *mors*, תָּוֶךְ *medium*, אָוֶן *iniquitas*: Contrahuntur per (וֹ) ut מוֹתִי *mors mea* &c.

2. Hæc

שׁוֹר *bos*, שׁוּק *platea*, דּוּד *caniſtrum*: in pl: dilatantur per ו mobile ut שְׁוָרִים *boves*.

3. Hæc

Hæc & ſimilia:
זַיִת *oliva*) Contrahunt (-) & (·) in unum (-) ut זֵיתִים *olivæ*
עַיִן *oculus*) עֵינִי *oculus meus.*

Sed excipe:
חַיִל *robur exercitus*) (חֲיָלִים
עַיִר *pullus aſini*) in plur: (עֲיָרִים
תַּיִשׁ *hircus*) habent (תְּיָשִׁים
בַּיִת *domus*) (בָּתִּים

Et שַׁיִת *vepres*, habet cum ſuffixo שִׁיתוֹ

Hæc:
עִיר *civitas*) habent (עָרִים — per ־ immutabile.
רֹאשׁ *caput*) in plur: (רָאשִׁים
יוֹם *dies*) (יָמִים — per ־ mutabile.

APPENDIX IV.

De nominibus ortis ex Quieſcientibus Lamedh-He.

1. Diſſyllaba quædam terminata in הֶ & וּת non mutant (·) in penultima
אָלָה *juramentum* } cum ſuffix: { אָלָתִי
בָּרוּת *Eſca*, &c. } { בָּרוּתִי

Huc reducuntur רָמָה & רָמוֹת *excelſum*. Item רָעָה *malum*. צָרָה *anguſtia*. Et alia quædam ſimilia.

2. Nomina finita in הֶ, ut מִקְנֶה *poſſeſſio* (a קָנָה *poſſedit*) ob Reg: ſing: mu-

 tant

tant (ֵ) in (ֶ)ut מִקְנֵה צֹאן *poſſeſſio pecoris.* Aucta à fine, amittunt ה, unde fit in plur: מִקְנִים Denique recipiunt ſuffixum verbale הוּ, ut מִקְנֵהוּ *poſſeſſio ejus.*

3. Quædam monoſyllaba variantur, ut ſequitur.

אָב *pater.* ſuffixa abſoluta. אָבִי אָבִיךָ, אָבִיךְ vel אָבִיהוּ, אָבִיהָ. אָבִינוּ.

Reg: Sing: אֲבִי. Suffixa conſtr. אֲבִיכֶם &c.

Plur. אָבוֹת Reg. אֲבוֹת. Suff. regulariter. אָח *frater*, ut אָב. ſed in Plur. אַחִים. Reg. אַחֵי. חָם *ſocer*, ut אָב. ſed in Bibl. tantum חָמִיךְ, חָמִיהָ

דָּם *ſanguis*. Omnia regulariter, præter דַּמְכֶם. יָד *manus* nil irregularit. præter יֶדְכֶם, יֶדְכֶן. פֶּה *os* reg: Sing: פִּי. Suffixa. פִּי פִּיךָ &c. ut in אָב

Plur. פִּים פִּיּוֹת פֵּיוֹת פִּיפִיּוֹת

שֶׂה *agnus*. Reg. שֵׂה. Suff. שֵׂיוֹ & שֵׂיהוּ
בֵּן *filius*. Reg. בֶּן vel בֵּן. Pl. בָּנִים } cætera re-
שֵׁם *Nomen*. Reg. שֵׁם. Pl. שֵׁמוֹת } gularia.

APPEN-

APPENDIX V.

De Camèts.

1 | שָׁלִישִׁים *Tribuni* / שָׁבֻעִים *Septimanæ* } retinẽt (ׇ) ut diſtinguantur a שְׁלִישִׁים *Tertiani*, שְׁבֻעִים *jurati*.

2 | אִכָּרִים *agricolæ* / חַטָּאִים *peccatores* / חָרָשִׁים *fabri* } Et alia quædam ſimilia ubique retinent (ׇ)

Nota. חָרָשִׁים eſt ejuſdem formæ cum חַטָּאִים. Primum enim (ׇ) ponitur pro (-) ad compenſandum daghèsh excluſum ex Resh.

3 | קָטָן *parvus* / גָּמָל *camelus* / אוֹפָן *rota* / מִשְׂגָּב *refugium* / שָׁפָן *cuniculus* } Et alia quædam ſimiliaEuphoniç gratiâ, mutant ultimũ (ׇ) in (-) ſequente daghèsh. ut קְטַנִּים &c.

APPENDIX VI.

De Tſerè.

Hæc & quædam ſimilia retinent (¨)

אֲפֵלָה *caligo*	אֲבֵלִים *lugentes*
בְּרֵכָה *piſcina*	שְׂמֵחִים *lætantes*
גְּזֵלָה *rapina*	חֲפֵצִים *volentes*
שְׁאֵלָה *petitio*	שְׁכֵחִים *obliviſcentes*

Item בְּאֵר *puteus* & ſimilia frequentiùs retinent (¨)

Hæc autem conſtantes.

רֵאשִׁית *principium*	Et omnia ubi (¨) ſic venit ante quieſcentem.
אֵיבָה *inimicitia*	
הֵיכָל *templum*	

Nota. חֵרֵשׁ *ſurdus*, eſt ejuſdem formæ cum אִלֵּם *mutus*. Primum enim (¨) ponitur pro (·) ob daghèsh excluſum ex Resh. Et ideò manet in Plur: חֵרְשִׁים.

APPENDIX VII.

De Segòl.

Segòl in Dualibus ubique mutatur in Shevà. Ut אֹזֶן *auris*. Dual: אָזְנַיִם. ſuffixa omnia ut אָזְנַי &c.

Nota.

Nota. גַּחֶל (unde plur: גֶּחָלִים *prunæ*) ſicut & פֶּחָם *carbo*, eſt ejuſdem formæ cum גַּנָּב *fur*. Illud enim (ָ) ponitur pro (ַ)ante ח (ut dictum eſt pag. 34.)& ideò (ָ) illud manet, quamdiu manet ח cametſatum. At quando mutatum fuerit (ָ) ſub ח, tunc etiam (ַ) (excluſo ָ) ſedem ſibi debitam occupat. Unde dicitur in Regimine גַּחֲלֵי אֵשׁ *prunæ ignis*.

APPENDIX VIII.

De Cholem.

1.
- בֹּקֶר *mane*
- פֹּעַל *actio*
- קֹמֶץ *pugillus*
- רֹמַח *ſpiculum*
- רֹתֶם *juniperus*

In plurali abſoluto mutant Cholem in Shevà. Ut בְּקָרִים &c.

2.
- אֹהֶל *tabernaculũ*
- כּוֹבַע *galea*
- פֹּעַל *actio*

In plur: abſoluto & cum ſuffixis aliquando retinent Cholem.

Cætera hujus formæ nomina, juxta regulam generalem, mutant Cholem in

in (ֵ) quod (ſicut cætera puncta compoſita) ante aliud Shevà, amittit ſuum: & ſic tranſit in (o) breve. Aliquando tamen tranſit in (ֻ) ut גָּדְלוֹ magnitudo ejus à גֹּדֶל.

Cholem ultimæ ſyllabæ ſæpe, Euphoniæ gratiâ, mutatur in (ֻ) ſequente daghèsh. Ut אָדֹם *rufus* plur: אֲדֻמִּים ſic.

חַרְטֹם	*magus*	נָקֹד	*punctatum*
קַרְדֹּם	*ſecuris*	עָקֹד	*variegatum*
עָרוֹם	*nudus*	עָקֹב	*fraudulentum*
עֵירֹם	*nudus*	עָמֹק	*profundum*

Præter omnem regulam אֱנוֹשׁ *homo* fit in plur: אֲנָשִׁים.

CAPUT IV.

De Verbo Perfecto.

Verba apud Hebræos habent duo Tempora, *Præteritum* & *Futurum*: pro *Præſenti* utuntur Participio, quod ideo vocatur *Benoni*, ſeu intermedium; quia medium eſt inter Præteritum, & Futurum. Dicunt v. g. *Ego tra-*

Google

tradens, tu tradens &c. pro *trado, tradis* &c.

Sunt 4 Conjugationes.
3. Pro Daghèsh leni, brevem regulam dedi Cap. 1. Nunc antem, ut compleatur iſta regula, explicandæ ſunt tricæ, quibus lectorem tunc detinere nolui: cùm illarum notitia non requiratur ad rationom legendi, ſed tantùm ad accuratiorem punctationem literarum בְּגַדְ כְּפַת

Initio vocis, Literæ iſtæ, licet neque ſint initio ſententiæ, nec veniant immediatè poſt Shevà mutum, habent aliquando Daghèsh lene: Sed (quia nulla certa lege ſic ſit, & codices

ces variant) poteſt, ſalvâ orthographiâ, omitti.

. In fine vocis, aliquando habent Daghèsh lene poſt (ַ) Sed tunc illud (ַ) ſtat pro Shevà muto. Sic dicitur שָׁמַעַתְּ pro שָׁמַעַתְּ *audiſti* fœm. Gutturalis, pro Shevà, accipit (ַ) quod, ante aliud Shevà, amittit ſuum (ְ) unde ſub Gutturali manet nudum (ַ) pro Shevà. Sic וַיִּחַדְּ *& lætatus eſt*. Exod. 18. 9. pro וַיִּחַד quod pro וַיִּחְדְּ

In medio vocis, non habent Daghèsh lene, niſi veniant poſt Shevà mutum. Sed neque tunc habeant, ſi Shevà illud ſit primitivum; ut לִנְבוּל *ad terminum*; aut ſi oriatur ex puncto longo, ut כִּדְבָרִי *ſecundùm verbum meum*, בִּלְבַבְכֶם *in corde veſtro*, עִבְדוּ *Servite*; ex לֵבָב, דָּבָר, עֲבֹד. Sic עַבְדֵיכֶם *ſervi veſtri* ex עֲבָדִים. Præterea quædam Nomina, מַלְכוּת *regnum*, עַבְדוּת *ſervitus*, יַלְדוּת *juventus*, & Suffixa כֶם, כֶן conſtanter reſpuunt illud Daghèsh.

Maximam anomaliam habet vox שְׁתַּיִם

שְׁתַּיִם *dua* (quaſi pro שְׁנְתַּיִם) à שָׁנָה *iteravit* unde & שְׁנַיִם *duo*.

4. *Dagbesh forte* ponitur aliquando initio vocis, ut מַה־טּוֹב *quàm bonum*: & tunc legi debet vox illa per modum unius cum præcedente. Hinc invenitur מַזֶּה, pro מַה־זֶּה, *quid hoc*? מַלָּכֶם, pro מַה־לָּכֶם, *quid vobis*?

5. Accentus ſæpè retrahitur, ne immediatè concurrat cum accentu in voce ſequente. Ut בֹּנֵה עִיר *ædificans civitatem*, קָרָא לָיְלָה *vocavit noctem*, יֶלֶד שָׁקֶר *peperit mendacium*. Pro בּוֹנֶה, יָלַד, בָּרָא.

6. Quoad Syntaxin. Hebræi eaſdem Concordantias habent quas Latini. Sed maxima irregularitas eſt in numeris cardinalibus. Illi enim, à 3. ad 10., in maſculino genere, habent terminationem fœmininam; & contrà. Item in ſingulari numero, habent adjuncta ſubſtantiva pluralia; & in plurali, ſingularia. Reliqua, uſus meliùs docebit.

7. Quoad Poeticam: Optimum erit,

erit, eodem prorſus modo procedere, quo in linguis vulgaribus. Carmina enim Hebraica hoc modo fiunt faciliùs, & facta, ſunt ſuaviora, quàm ſi, juxtà aliorum præcepta, major fuiſſet labor impenſus.

Pre

CONJUNCTIONES.

Etiam	אַף , גַּם
aut	אוֹ
ſi, an?	אִם
quia, quod ſi	כִּי
ſed, quòd ſi	כִּי־אִם
itane, cur Gen.3.1. *quanto magis* Prov.11.31. *quanto minus* 1.Reg.8.27.	אַף־כִּי
ſi, fortè	לוּ
niſi	לוּלֵא
tantùm	רַק , אַךְ

אַף	
אֲבָל	*verùm*
אוּלָם	*certè*
יַעַן	*quia, eò quòd*
יַעַן אֲשֶׁר	*quia, eò quòd*
יַעַן כִּי	*quia, eò quòd*
עֵקֶב	*quia, eò quòd*
עֵקֶב אֲשֶׁר	*quia, eò quòd*
עֵקֶב כִּי	*quia, eò quòd*
בְּשַׁגַּם	*eò quòd etiam*
עַל־כֵּן	*itaque*
לָכֵן	*itaque*

PRÆPOSITIONES.

ſine	בְּלֹא, בְּלִי		לְעֻמַּת
	בִּלְעֲדֵי		מוּל
præter {	זוּלַת	*contra, & re-* {	מִמּוּל
	מִלְּבַד	*gione.* {	נֹכַח
ultra	הָלְאָה		לְנֹכַח
ſecundùm	לְפִי	*à, ex, præ*	מִן
coram	לִפְנֵי	*trans.*	עֵבֶר

Reliquas præpoſitiones vide ſuprà in Cap.6.pag.102.

INTERJECTIONES.

O, væ, heu	הוֹי	*eia, agè*	הָבָה
væ	אוֹי, אִי	*utinam, quæſo,*	לוּ
heu	אוֹי אוֹיָה	*utinam* אַחֲלַי,	אַחֲלֵי
ah	אֲהָהּ, הָהּ, אָח	*quæſo* { אָנָּה,	אָנָּא
euge, vah	הֶאָח		נָא, בִּי
abſit	חָלִילָה	*amen*	אָמֵן

AD-

ADVERBIA.

ubi?	אֵי, אַיֵּה	*nunc*	עַתָּה
hic	פֹּה, הֲלֹם	*tunc*	אָז, אֲזַי
ibi	שָׁם	*hodie*	הַיּוֹם
foris	חוּץ מִחוּץ	*cras*	מָחָר
intùs	מִבַּיִת	*heri*	תְּמוֹל, אֶתְמוֹל
latenter	בַּלָּט	*nudius 3us.*	שִׁלְשׁוֹם
ſuprà	מַעְלָה	*antè*	לְפָנִים
infra	מַטָּה	*jampridem*	כְּבָר
antè	פָּנִים	*antequàm*	טֶרֶם
retrò	אָחוֹר	*poſt*	אַחַר
ſimul	יַחְדָּו, יַחַד	*Quare?*	לָמָּה / מַדּוּעַ
ſeorſim	לְבַד		
unde?	מֵאַיִן	*Annon?*	הֲלֹא
quò?	אָן אָנָה	*ſic, ita*	כֵּן, כֹּה
huc &	הֵנָּה	*certè*	אָכֵן, אָמְנָם
illuc	וָהֵנָּה		לֹא, בַּל
Quando?	מָתַי	*non*	בְּלִי, בִּלְתִּי / אֵין, אַיִן
jugiter	תָּמִיד		
die &	יוֹמָם	*fortè*	אוּלַי
nocte	וָלַיְלָה	*nè*	אַל
		ne fortè	פֶּן

Quoties?	כַּמָּה	*benè*	טוֹב , הֵיטֵב
hac vice	זֹאת הַפַּעַם	*citò*	מַהֵר מְהֵרָה
ſemel	אַחַת	*repentè*	פִּתְאֹם
ſecundò	שֵׁנִית		פֶּתַע
Quantum?	כַּמָּה	*peſſimè*	רַק רַע
parùm	מְעַט	*vanè*	שָׁוְא
plùs	יוֹתֵר	*vacuè*	רֵיקָם
multùm	רַב , הַרְבֵּה	*gratis*	חִנָּם
valde	מְאֹד	*leniter*	לְאַט
maximè	בִּמְאֹד מְאֹד	*paulatim*	מְעַט מְעַט
Quomodo?	אֵיךְ	*Judaicè*	יְהוּדִית
	אֵיכָה	*Syriacè*	אֲרָמִית
ſic, taliter	כָּכָה	&c. ad eundem modum.	

EXER-

EXERCITATIO GRAMMATICA,

In Pſalmum Hebr. 34.

VERSUS I.

ſemper: tempore omni in Dominum Benedicam

אֲבָרְכָה אֶת־יְהוָה בְּכָל־עֵת תָּמִיד

tamid hèth bechòl eth-Adhonai Avarechà

meo ore in ejus laus

תְּהִלָּתוֹ בְּפִי׃

bephi tehillathò

אֲבָרְכָה Prima perſona Futuri *Piel*. Radix בָּרַךְ *benedixit*. Unde deberet eſſe אֲבָרֵךְ cum daghèsh in media Radicis. Cap.4. *Piel*. Sed quia ר non capit daghèsh: cap.1. pag.24. Fit compenſatio, mutando precedens (-) in (·) cap.2. pag.33. Illud ה in fine eſt litera paragogica habens ſe per modum Suffixi. cap.6. pag.105. Et ideò (-) ſub Rhesh mutatur in Shevà, cap.6. pag.95.

Lineola inter (ְ) & Shevà, eſt *Metheg* diſtinguens illud (ָ) à Camèth-catùph cap. 1. pag. 24.

אֶת־ Eſt ſignum Accuſativi Casûs. cap. 2. pag. 32. Habet (ֶ) pro (ֵ) propter Maccàph. cap. 3. pag. 43.

יְהוָה Nomen Dei dictum *Tetragrammaton*, ſignificans *ipſum eſſe*. Radix הָיָה *fuit*. Eſt verè ineffabile: quia vera illius pronunciatio ignoratur. Cum enim Judæi, ob reverentiam, à nomine illo pronunciando diu abſtinuiſſent, factum eſt tandem, ut nemo ſciret, quo modo pronunciandum eſſet. Loco autem illius legerunt aliud Dei nomen אדוני: &, punctis poſtea inventis, huic nomini יהוה, appoſuerunt puncta nominis אֲדֹנָי Sub prima tamen litera (י) poſuerunt Shevà, quia prima litera alterius nominis deberet etiam habere Shevà: Sed, quia eſt Gutturalis, pro Shevà, habet (ֲ)

Imperitè ergo errant quidem Neoterici, qui, videntes iſta puncta appoſita, & ignorantes cauſam apponendi, legunt *Jehova*, nomen Antiquis inauditum.

ditum. Si per conjecturam determinaoda eſſet vera nominis lectio; יִהְיֶה legendum eſſe dicerem. Fundata eſt conjectura in eo, qnòd alia nomina propria, hujus formæ, coincidant cum tertia perſona ſiogulari Fut. *Kal*. Et Deus ipſe Exod. 3. 14. nomen ſuum pooit אֶהְיֶה quod eſt prima perſona Fut. *Kal* a verbo הָיָה *fuit*.

Quòd autem legendun ſit *Adhonai* potiùs, quàm *Jehova*; variis confirmari poteſt argumentis. Primò. Qnia quando illud nomen concurrit cum אֲדֹנָי, habet puncta alterius nominis אֱלֹהִים Sic אֲדֹנָי יֱהֹוִה, ut ſcilicet non legatur *Adhonai Adhonai*, ſed *Adhonai Elohim*. Qui legunt *Jehova*, deberent io hoc caſu legere *Jehovi*: quòd tamen perabſurdum eſſet: cùm conſtet, puncta illa non eſſe propria iſtius nominis, ſed aliena: tum quia non applicantur iſti oomioi, niſi in dicto caſu concurrentiæ; tum quia nec literæ (י) competit habere (ֱ), nec literæ ה quieſcere in Chirik. Secundo. Literæ ſerviles וכלב præfiguntur per (ְ) ſicut debent præfigi

 nomi-

nomini אֲדֹנָי cap. 3. paginâ 47. Cùm tamen, ſi legendum eſſet *Jehova*, præfigerentur per chirik. cap. 2. pag. 36. Item litera מ quæ ſolet præfigi per chirik, ſequente daghèsh, hîc præfigitur per (ֵ) quia Guttutalis in voce אֲדֹנָי hoc exigit. cap. 2. pag. 33.

Tertiò. Poſt nomen יְהֹוָה, literæ בגד כפת habent daghèsh lene: quod non fieret, niſi legendum eſſet אֲדֹנָי potiùs quàm *Jehova*. Ibi enim ſub ultima litera (י) utpote mobili, intelligitur Shevà mutum, ratione cujus habetur illud daghèsh. cap. 1. pag. 24. Hic autem ſub ultima litera ה, utpote quieſcente, Shevà mutum non intelligitur.

Jam ergo, quia loco nominis יְהֹוָה, ſubſtituitur nomen אֲדֹנָי, etiam hujus danda eſt explicatio. Radix eſt אדן inuſitata. Inde אֶדֶן *baſis*, & אָדוֹן *Dominus*. Cum Suffixo, אֲדֹנָי *Dominus meus*. Illud (ָ) in penultima deberet mutari in Shevà. cap. 3. pag. 44. Sed א, quia eſt Gutturalis, habet (ֲ) pro Shevà. cap. 3. pag. 46. Porro de Perſona Ex-

cel-

cellenti, dicitur in plurali אֲדוֹנַי *Domini mei*: Et, de Deo, אֲדֹנָי cum (ָ) pro (ַ) diſtinctionis cauſâ. Hoc tamen nomen, licet verè ſit nomen plurale cum ſuffixo, ſumitur tanquam purum nomen ſingulare, & latinè redditur *Dominus*.

בְּכָל־ Litera ב ſignificat *in*; habetque Shevà, ut ſolet. cap.2. p.33. Habet etiam daghèsh lene, quia venit poſt Shevà mutum, ut modo explicatum eſt in argumento tertio. Quoad alteram partem vocis, Radix eſt כָּלַל *perfecit*. Inde nomen כל *omnis*. Sed hoc loco, pro cholem, habet Camèts catùph, propter Maccàph. c.3. p.43. Quòd autem ibi ſit Camèts-catùph potiùs quàm Camèts, colligitur per Regulam traditam cap.1. pag.25. Præterea כ, hoc loco, cùm nec ſit in initio ſententiæ, nec veniat poſt Shevà mutum, non habet daghèsh. Quando autem כל abſolutè ponitur, ſeu extra contextum Hebræum, prima litera habet daghèsh; quia tunc cenſetur eſſe in principio ſententiæ. Idemque dicendum

dum de omni voce, quæ incipit ab aliqua è literis בְּגַד כְּפַת

עֵת Nomen eſt ortum à verbo vix uſitato עָתַת. Accentus diſtinctivus *Athnak* claudit ſententiam.

תָּמִיד Eſt adverbium à verbo inuſitato תמד. Prima litera ת habet daghèsh: quia eſt in principio ſententiæ. cap. 1. pag. 24.

תְּהִלָּתוֹ Radix, הָלַל, quod in *Piel* ſignificat *Laudavit*. Inde nomen תְּהִלָּה *laus*. Cum Suffixo mutatur ה in ת c. 2. pag. 40. Et ſic fit תְּהִלָּתוֹ *laus ejus*. Prima litera venit poſt Shevà mutum, quod ſubintelligitur ſub ultima litera vocis præcedentis. cap. 1. pag. 23. Et ideò, cùm ſit una è literis בְּגַד כְּפַת, habet daghèsh lene. cap. 1. pag. 24. ל habet *daghèsh forte*, ad ſignificandum defectum alterius ל radicalis. Hoc fit in his verbis Imperfectis cap. 5. pag. 78. Et in nominibus inde ortis. cap. 2. pag. 48.

בְּפִי Litera ב ſignificat *in*: præfigitur per Shevà, ut ſolet. cap. 2. pag. 33. פֶּה *os* eſt Radix. Ob adjunctum ſuffixum,

xum, amittit ה. cap.2. pag.39. Unde fit פִּי *os meum*, & בְּפִי *in ore meo* Sed hoc loco, propter rationem ſupertùs explicatam, daghèsh omittitur tum in פ tum in ב. Anomaliam hujus nominis פֶּה vide ulteriùs cap.3. pag.54. Denique apponitur accentus *Soph-pasùk*, ad finem versùs denotandum.

VERSUS II.

audient: mea anima laudabitur Domino In
יִשְׁמְעוּ נַפְשִׁי תִּתְהַלֵּל בַּיהוָה
iiſmehù naphſci tithhallèl Badonai

Lætabuntur & mansueti.
וְיִשְׂמָחוּ׃ עֲנָוִים,
veliſmahhu hanavim

בַּיהוָה. Juxta dicta, legendum eſt בַּאדוֹנָי, quod etiam contractè dicitur pro בַּאֲדוֹנָי c.3. p.47. ב habet daghèsh, quia eſt in principio ſententiæ cap.1. pag. 24. Habet etiam (-) pro Shevà, propter affinitatem cum puncto compoſito

poſito ſequente. cap.3. pag.46. Reliqua ad hanc vocem ſpectantia, jam explicata ſunt in verſu primo.

תִּתְהַלֵּל Tertia ſing.fœm.Fut.*Hithpael.* à Radice הָלַל. Propter Shevà mutum, quod, juxta ſuperiùs dicta, ſubintelligitur ſub ultima litera vocis præcedentis, prima litera hujus vocis habet daghèsh lene. cap.1. pag.24.

נַפְשִׁי. Radix eſt ipſum nomen נֶפֶשׁ *anima*. Habet Suffixum, Et ideo primum (ֶ) mutatur in Shevà. cap.3.p.44. Sed, nè legatur Shevà ante aliud Shevà, mutatur iterum primum Shevà in (ַ) cap. 3. pag. 46. Et ſic tandem habetur נַפְשִׁי *anima mea*.

יִשְׁמְעוּ. Eſt tertia perſonæ plur. maſc. Fut. *Kal* à Radice שָׁמַע *audivit*. Sed, quia tertia perſona Imperativi exprimitur apud Hebræos per Futurum; vox hæc verti poteſt *audient*, vel *audiant*.

עֲנָוִים Radix. עָנָה *audivit*, *reſpondit* &c. Inde nomen עָנָו *manſuetus*. Pluralis fit addendo ִים cap.2. pag. 30. (ָ) in penultima mutatur in Shevà c.3. pag.44. Sed, nè Shevà ſimplex legatur

tur ſub Gutturali, iterum mutatur in (-:) cap.3. pag.46. Et ſic fit עֲנָוִים *manſueti*.

Nota. ע *nullam latinam literam habet ſibi correſpondentem: ut ergo illud aliquo modo exprimamus, & à cæteris diſtinguamus, utimur* (h) *punctato*.

וַיִּשְׂמְחוּ Radix שָׂמַח *lætatus eſt*. Prima litera ו ſignificat *&*: præfigitur, ut ſolet, per Shevà. cap.2. pag.33. Verbum ipſum deberet eſſe יִשְׂמְחוּ & ſic explicaretur prorſus ut יִשְׁמְעוּ. Sed, propter accentum diſtinctivum, retrahitur tonus: & poſterius Shevà ortum ex (-) brevi, mutatur in (·) longum ſimile. cap.3.pag.43. Dico autem illud Shevà ortum eſſe ex Pathach; quia in ſingulari numero eſt יִשְׂמַח cum (-) pro (·) juxta regulam traditam c.4. p.66. Unde, dum fit in plurali יִשְׂמְחוּ, Shevà ſub מ oritur ex Pathach.

VER-

fectorum (dicta irregularitate præſuppoſita) regulariter fit נְרוֹמֵם in prima perſona plurali Futuri *Piel*. Hìc autem additur ה Paragogicum habens ſe per modum *Suffixi* . cap. 6. pag. 110. Et ideò (·) ſub מ mutatur in Shevà. cap. 6. pag. 95. Et ſic fit נְרוֹמְמָה *exaltabimus*, vel *exaltemus* : Sicut enim tertia perſona (ut dictum eſt ſuprà) ita & prima perſona Imperativi, apud Hebræos exprimitur per Futurum.

שְׁמוֹ Radix שֵׁם *nomen*. Propter *Suffixum* , mutatur (·) in (ְ) cap. 3. pag. 44.

יַחְדָּו Eſt adverbium à Radicis יָחַד *unitus fuit*.

VERSUS IV.

omnibus ex & , me exaudivit &, Dominum Quæſivi

דָּרַשְׁתִּי אֶת־יְהוָה וְעָנָנִי וּמִכָּל־

umiccól vehanani eth-Adhonai Daraſchti

. me liberavit meis pavoribus

מְגוּרוֹתַי הִצִּילָנִי׃

hittſilani megurotai

דָּרַשְׁתִּי Prima perſ.ſing.Præteriti *Kal*, Radix דָּרַשׁ *quæſivit*.

אֶת־יְהוָה Vide in verſ.1.

וְעָנָנִי Illud וְ ſignificat *&*. נִי eſt Suffixum proprium. cap.6. pag.94. Hujus autem verbi Radix eſt עָנָה *exaudivit*. Propter Suffixum, (ָ) ſub prima Radicis mutatur in Shevà. cap.6. pag.95. Ipſum autem Suffixum adjungitur per Pathach (ſub ultima Radicis) cap.6. pag.98. Unde fit עְנָהַנִי vel, poſito ſub Gutturali (ֲ) pro Shevà, עֲנָהַנִי. Sed abjecto ה, & factâ punctorum Retro-

trogradatione, juxtà regulam pro hujuſmodi verbis cap.6. pag.99. fit עֲנָנִי *exaudivit me*. Hìc tamen, propter Accentum diſtinctivum, (ַ) mutatur in (ָ) pag.42. Et ſic tandem habetur עָנָנִי

וּמִכָּל־ Illud (ו) ſignificat *&*. Ponitur pro (וּ) propter Labialem quæ ſequitur. pag.35. מ ſignificat *ex*; &, more ſolito, præfigirur per chirik, ſequente daghèsh. pag.33. Reliquam vocem vide explicatam verſ.1.

מְגוּרוֹתַי Radix גּוּר *pavere*, *peregrinari* &c. Inde מְגוּרָה *pavor*, cum duabus literis *Heemanticis* Nomiuum formativis pag.41. In Plurali מגורות pag.30. Cum Suffixo מְגוּרוֹתַי. Vide Regulam. pag.40.

הִצִּילָנִי Radix נצל inuſitatum in *Kal*. In *Niphal*, *evaſit*. In *Hiphil*, *evadere fecit*. In Præterito autem *Hiphil*, tertia ſing. deberet eſſe הִנְצִיל. Sed, quia verbum eſt Defectivum *Pe-Nun*, abjecto Nun Shevato, fir compenſatio per daghèsh. pag.71. Et ſic habetur הִצִּיל *evadere fecit*, ſeu *liberavit*. Cui

Suffixum נִי deberet adjungi per (-) pag. 98. Sed Accentus diſtinctivus mutat illud (-) in (·) pag.42. Et ſic habetur הִצִּילָנִי׃ *liberavit me.*

VERSUS V.

eorum facies & ſunt illuminati &, eum ad Aſpexerunt

וּפְנֵיהֶם	וְנָהָרוּ	אֵלָיו	הִבִּיטוּ
uphnehem	venaharu	elau	hibbitu

. erubeſcent non

אַל־יֶחְפָּרוּ׃

al - jehhparu

הִבִּיטוּ Radix נבט. In tertia ſing. Præteriti *Hiphil*, deberet eſſe הִנְבִּיט. Sed, quia verbum eſt Defectivum *Pe-Nun*, (ſicut ultima vox versùs præcedentis) eſt הִבִּיט Et in tertia Plur. הִבִּיטוּ.

אֵלָיו Componitur ex אֶל *ad*, & Suffixo, juxtà regulam traditam. pag.102.

וְנָהָרוּ Illud וְ eſt notum Præfixum. Quoad reliquam vocem, Radix eſt נָהַר

con-

confluxit. Unde in tertia Plur. Præt. *Kal*, juxtà Paradigma, fit נָהֲרוּ (&, poſito (ֲ) pro Shevà propter Gutturalem, נָהֲרוּ). Sed, propter Accentum diſtinctivum, retrahitpr tonus, & Shevà illud mutatut in (ָ) pag.43.

וּפְנֵיהֶם Ponitut וּ pro וְ tum quia ante Labialem, tum quia ante Shevatam. pag.35. Reliquæ vocis Radix פָּנָה *aſpexit*. Inde Nomen פָּנִים *facies*. Caret ſingulari. Sed quia ſumitur, tanquam eſſet ex ſingulari פָּן, Illud (ָ) habetut pro (ָ) in ultima ſyllaba. Unde cum ſuffixis Abſolutis non mutatur; ſed in Regimine & cum ſuffixis conſtructis, mutatur in Shevà. Uno verbo. Vox פָּנִים habet ſe ut דְּבָרִים (vide pag.48.) primâ ſyllabâ ד abjectâ.

אַל Dehortandi, & Negandi particula *Nè*, *Non*.

יֶחְפְּרוּ׃ Radix חָפַר *erubuit*, *fodit* &c. Unde in tertia Maſc. ſing. Futuri *Kal*, fit יַחְפֹּר ubi Gutturalis ח habet (ֲ) pro Shevà. pag.69. Et Jodh formativum Futuri (per ſe loquendo Shevatum, pag.63.) habet (ַ) propter affinitatem.

pag.47. Jam verò licet Gutturalis cedat ſuo jure habendi punctum compoſitum, & habeat tantùm Shevà ſimplex; adhuc litera formativa retinet punctum titulo affinitatis debitum. p.47. Et ſic fit יֶחְפַּר, cum (◌ֶ) pro (◌ִ), quia eſt verbum Neutrum. pag.*66*. Ab hoc ſingulari, fit in plurali יֶחְפְּרוּ *erubeſcent*. Sed hìc, propter Accentum diſtinctivum, Shevà mutatur in (◌ָ) & tetrahitur tonus. pag.43. Et ſic tandem habetur יֶחְפָּֽרוּ׃

VERSUS VI.

:*audivit Dominus &*	, *clamavit*	*pauper*	*Iſte*	
שָׁמֵעַ	וַיהוָה	קָרָא	עָנִי	זֶה
ſcameah	vadonai	karà	hani	ze

.*eum ſalvavit ejus anguſtiis omnibus ex &*		
הוֹשִׁיעוֹ׃	וּמִכָּל־צָרוֹתָיו	
hoſcihò	umiccol-tſarotau	

זֶה Pronomen Demonſtrativum. pag.38.

עָנִי Nomen, à verbo עָנָה *pauper, vel afflictus fuit*.

קָרָא Radix ipſa. Habet (·) in ultima ob literam quieſcentem א. pag.84.

וַיהוָה Lege וַאדֹנָי & vide primam vocem verſ.2.

שָׁמֵעַ Radix ipſa. Frequentiùs legitur שָׁמַע Sed pro communi terminatione (-), aliquando eſt (-) pag.65. Et tunc ultima litera y debet habere (-) ſuffuratum, ut hoc loco habet.p.21.

I 3 וּמִכָּל־

וּמִכָּל־ Explicatum eſt verſ.4.

צָרוֹתָיו Radix צור *arctare*. Inde צָרָה *anguſtia*. In plurali צָרוֹת Cum ſuffixo צָרוֹתָיו Vide pag.40. Primum (ָ), cùm juxtà regulam communem deberet mutari in Shevà, in hoc nomine non mutatur. pag.53.

הוֹשִׁיעוֹ׃ Radix ישע inuſitata, in *Hiphil* הוֹשִׁיעַ *ſalvavit*, cum (ו) pro Jodh Shevato, juxta paradigma verborum *Pe-Jodh*. pag.74. Et cum (-) ſuffurato ſub ע pag.21. Sed illud (-) ſuffuratum evaneſcit, quando additur ſuffixum: & ſic fit הוֹשִׁיעוֹ *ſalvavit eum*.

VER-

VERSUS VII.

circa Domini Angelus Caſtrametans
סָבִיב מַלְאַךְ־יְהוָה חֹנֶה
ſaviv malàch-Adhonai hhonè

. eos liberavit & , eum timentes
וַיְחַלְּצֵם׃ לִירֵאָיו
vaihhalletſem lireau

חֹנֶה Participium à חָנָה *caſtrametatus eſt*. pag.86. Sumitur etiam pro Tempore Præſente. pag.58.

מַלְאַךְ Radix לאך inuſitatum. Inde מַלְאָךְ *angelus*. Illud autem (ָ) hoc loco mutatur in (ַ) tum propter Regimen, tum propter Maccàph. pag.31. & pag.43.

סָבִיב Radix סָבַב *circuivit*. Inde סָבִיב *circuitus*, & adverbialiter *circa*.

לִירֵאָיו Radix יָרֵא *timuit*. Et idem eſt Participium. pag. 65. Unde in Plurali fit יְרֵאִים *timentes*. p.44. & p.30.

Cum Suffixo יְרֵאָיו *timentes eum*. Præfixum ל eſt ſignum Dativi casùs: non habet Shevà, ut ſolet; ſed, quia venit ante Jodh Shevatum, pro duplici Shevà, eſt unum Chirik. pag.36.

וַיְחַלְּצֵם Illud ו præfixum ſignificat *&*, ſimulque eſt converſivum Futuri, ut colligitur ex modo præfigendi.pag.36. Ipſius verbi Radix eſt חָלַץ *liberavit*, *eruit* &c. Inde tertia ſing. maſc. Fut. *Piel* יְחַלֵּץ Cum ſuffixo autem mutatur illud (ֵ) in Shevà. pag.95. Et Suffixum ם adjungitur per (ֵ) pag.98. ſicque, ſimul addito Præfixo, fit וַיְחַלְּצֵם *& liberavit eos*.

VERSUS VIII.

beatus: Dominus bonus quia; videte & , Guſtate

אַשְׁרֵי יְהוָה כִּי־טוֹב וּרְאוּ טַעֲמוּ

aſchrè Adhonai tou ci urù tahamù

.eo in ſperabit vir

הַגֶּבֶר יֶחֱסֶה־בּוֹ׃

jehhſe-bbò haggever

טַעֲמוּ Radix טָעַם *guſtavit*. Inde, juxta paradigma, fit Plur. maſc. Imperativi *Kal* טַעֲמוּ. Sed Gutturalis ע habet (-) pro Shevà. pag.46. Et ideò altetum Shevà, quod per ſe loquendo debetet eſſe ſub ט (ſicut eſt in ſing. maſc. & plur. fœm.) non mutatur in chirik, ſed in (-), propter affinitatem cum puncto compoſito ſequente. p.47. Et ſic fit טַעֲמוּ *guſtate*.

וּרְאוּ Ponitur וּ pro וְ ante Shevatam. pag.35. Quod וּ habetur pro brevi. Itaq; non legitur Shevà ſequens, quia venit

venit poſt vocalem brevem.p.22.Ipſius verbi Radix רָאָה *vidit* è Quieſcentibus *Lamedh-He*. Unde in Imperativo *Kal* ſit Plur. maſc. רְאוּ *videte*. pag.88.

כִּי Conjunctio ſignificans *quoniam*.

טוֹב *Bonus*, Nomen à טוֹב *bonum eſſe*.

אַשְׁרֵי A verbo אָשַׁר *inceſſit*, in *Piel beavit*. Aliqui volunt eſſe Nomen adjectivum indeclinabile: Sed ſi ita eſſet, diceretur אַשְׁרֵי אַתָּה *beatus tu*, potiùs quam אַשְׁרֶיךָ Contrarium.tamen conſtat ex Bibliis. Alii volunt eſſe Adverbium, ita ut cum Suffixis explicetur ſic: *bene*, ſeu *beatè tibi* &c. cum Nomine, *bene viro*, ſeu *beatè viro* &c. Plerique tamen dicunt eſſe Subſtantivum inventum tantùm in forma Regiminis Pluralis, & cum Suffixis. Juxta hos τὸ *Beatus vir* idiotiſmo Hebraico exprimitur ſic, *Beatitudines viri*: Et τὸ *Beatus tu*, ſic *Beatitudines tuæ*. Huic modo loquendi favet Apoſtolus dicens Rom. 4. 6. *David dicit beatitudinem hominis* &c.

הַגֶּבֶר Radix גָּבַר *prævaluit*. Inde גֶּבֶר *vir*. Et, cum *He Demonſtrativo*, ſeu *He*

He Emphatico, הַגֶּבֶר Præfigitur ut ſolet per (-) ſequente daghèsh, pag.33.

יֶחֱסֶה־ Radix חָסָה *ſperavit*, è Quieſcentibus *Lamedh-He*. In tertia maſc. ſing. Futuri *Kal*, juxta Paradigma, eſt יֶחֱסֶה pag.88. Sed Gutturalis ח habet (∵) pro Shevà. Unde & litera *Etinalis* habet punctum affine. pag.69.

בּוֹ Componitur ex Præfixo ב & Suffixo ו pag.100. Illud punctum in ב eſt *Daghèsh forte*. Et vox hæc debet legi per modum unius cum præcedente. pag.111.

VER-

VERSUS IX.

non quia, ejus Sancti Dominum Timete

יִרְאוּ אֶת־יְהוָה קְדֹשָׁיו כִּי־אֵין

ci-en Kedoſchau eth-Adhonai jerù

.cum timentibus defectus

מַחְסוֹר לִירֵאָיו׃

lireau mahhsòr

יִרְאוּ Radix יָרֵא *timuit*. Unde in Imperativo *Kal* fit Plur. maſc. tegulariter יִרְאוּ. Sed hæc coincidit cum tettia Plur. maſc. Fututi *Kal* à verbo רָאָה *vidit*: & ideò, diſtinctionis causâ, tollitur Shevà ſub Resh; ut ſic, puncto vocali י pertinente ad Resh, א quieſcat & cognoſcatur verbum eſſe è Quieſcentibus *Lamedh-Aleph*. Jam verò redit alterum Shevà, quod, per ſe loquendo, debet eſſe ſub prima Radicis; ut diximus in prima voce verſus præcedentis. Cùm enim illud Shevà non mute-

mutetur in chirik, niſi propter Shevà ſequens; hoc ſublato, illud debet manere. Et ſic habetur יִרְאוּ *timete*

קְדֹשָׁיו Radix קָדַשׁ *Sanctus fuit*. Inde Nomen קָדוֹשׁ *ſanctus*. Plur. קְדוֹשִׁים cum Suffixo קְדוֹשָׁיו *ſancti ejus*. (ָ) in penultima mutatur in Shevà. pag.44. (וֹ) non mutatur. pag. 44. Sed hoc loco ponitur cholem ſine Vau expreſſo, & coincidit cum puncto in cornu literæ. שׁ pag.20.

כִּי Conjunctio ſignificans *quoniam*.

אֵין Adverbium ſignificans, *non*.

מַחְסוֹר Radix חָסַר *defecit*. Inde מַחְסוֹר *defectus*. Prima litera eſt Hëemantica. pag.41.

לִירֵאָיו׃ explicatum eſt verſ.7.

VER-

VERSUS X.

Domini quærentes & eſurierunt & eguerunt Leunculi

כְּפִירִים רָשׁוּ וְרָעֵבוּ וְדֹרְשֵׁי יְהוָה

Adhonai vedoreſchè veraſievu raſchù cephirim

. bona omni deficient non

לֹא־יַחְסְרוּ כָל־טוֹב

chol-tou lo-jahhſerù

כְּפִירִים Radix כָּפַר *pice obduxit* &c. Nomen כְּפִיר *leunculus*. Plur. כְּפִירִים

רָשׁוּ Radix רוּשׁ *egere*, *pauperari*. Inde Tertia Plur. Præteriti *Kal.* רָשׁוּ pag.88.

וְרָעֵבוּ Radix רָעֵב *eſuriit*, cum (‥) in ultima. Inde in plur. רָעֲבוּ Sed ponendum eſſet (-:) pro Shevà ſub gutturali pag.46. niſi adeſſet accentus diſtinctivus. Hic autem accentus retrahit tonum, ſimulque mutat Shevà in punctum longum, ex quo ortum habuit. pag.43. Et ſic fit רָעֵבוּ

וְדֹרְשֵׁי

וְדֹרְשֵׁי Radix דָּרַשׁ *quæſivit*. Inde in Participio *Benoni* דוֹרֵשׁ vel דֹּרֵשׁ p. *62*. Plur. דֹּרְשִׁים Regim. דֹּרְשֵׁי. Participia enim declinantur ut Nomina. pag. *64*. Tſerè in ultima mutatur in Shevà. pag. 44. Regimen autem Plur. fit mutando (ִים) in (ֵי) pag. *32*.

לֹא־יַחְסְרוּ Vocula לֹא eſt Adverbium ſignificans *non*. Ipſius verbi Radix חָסֵר *defecit*. Inde tertia Plur. maſc. Fut. *Kal* יֶחְסְרוּ Sed litera Etinalis habet (ַ) propter affinitatem cum puncto compoſito, quod debetur Gutturali ח. pag. 47. Vide etiam quæ dicta ſunt de ultima voce versùs 5.

כָל־טוֹב Vide verſ. 1. & 8.

VERSUS XI.

timorem : me audite, filii Venite

יִרְאַת שִׁמְעוּ־לִי לְכוּ־בָנִים

jirath ſcimhu-li lechù-vanim

vos docebo Domini

יְהוָה אֲלַמֶּדְכֶם׃

alammedhchèm Adhonai

לְכוּ־ Radix יָלַךְ E quieſcentibus *Pe-Jodh*. Inde Plur. maſc. Imperativi *Kal* לְכוּ Vide Paradigma pag.74.

בָנִים Radix בָּנָה *ædificavit*. Inde בֵּן *filius* Plur. בָּנִים

שִׁמְעוּ־ Plur. maſc. Imperativi *Kal* à שָׁמַע *audivit*.

לִי Componitur ex Suffixo (י.) & Pre-fixo ל pag.37.

יִרְאַת Radix יָרֵא *timuit*. Inde יִרְאָה *timor*. In Regimine autem fit יִרְאַת p.31.

אֲלַמֶּדְכֶם Radix לָמַד *didicit*. In *Piel*, *docuit*. Inde 1. Sing. Futuri *Piel* אֲלַמֵּד.

Cum

Cum Suffixo mutatur (ֵ) in (ְ) pag.95. Et quia Suffixum כֶם adjungitur etiam per Shevà. pag.99. Shevà venit ante aliud Shevà: ideoque prius Shevà ortum ex (ֵ) mutatur in (ִ) pag.20. Et ſic fit אִלַּמֶּדְכֶם *doceba vos*.

VERSUS XII.

dies diligens, vitam volens qui, vir ille Quis

מִי־הָאִישׁ הֶחָפֵץ חַיִּים אֹהֵב יָמִים

jamim oheu khaijm hehhaphetz mi-haiſch

? bonum videndum ad

לִרְאוֹת טוֹב׃

tov liroth

מִי־ Pronomen Interrogativum. pag.38.

הָאִישׁ Prima litera eſt ה Emphaticum. Solet præfigi per (ַ) ſequente daghèsh. pag.33. Sed, quia א, utpote Gutturalis, non capit daghèsh, p.24. fit compenſatio; mutando (ַ) in (ָ) pag.33.

pag.33. Nomen אִישׁ *vir* eſt ipſa Radix.

הֶחָפֵץ Iterum venit ה Emphaticum, ſeu Demonſtrativum. Sed cum (ֶ) quia ante ח cametſatum. pag.34. Radix חָפֵץ *voluit*. Idemque eſt Participium *Benonì*. pag.65.

חַיִּים Nomen Pluralis tantùm numeri. Radix חָיָה *vixit*.

אֹהֵב Participium *Benonì*. Radix אָהַב *dilexit*.

יָמִים Radix יוֹם *dies*. Plur. יָמִים p.53.

לִרְאוֹת Solet ל præfigi per Shevà. pag.33. Sed illud Shevà hic, quia venit ante aliud Shevà, mutatur in chirik. paginâ 47. Quoad reliquam vocem, Radix רָאָה *vidit*. Inde fit in Infinitivo *Kal* רְאוֹת pag.85. Et cum Præfixo ל, לִרְאוֹת

VER-

VERSUS XIII.

tua labia &: malo à tuam linguam Cuſtodi

נְצֹר לְשׁוֹנְךָ מֵרָע וּשְׂפָתֶיךָ

uſphatècha meraň leſchonechà netſor

dolum loqui à

מִדַּבֵּר מִרְמָה׃

mirmà middabbèr

נְצֹר Radix נָצַר *cuſtodivit*. Eſt verbum Defectivum *Pe-Nun*: Sed ſequitur formam Perfectorum. Unde in Imperativo K*al* fit נְצֹר pag.73.

לְשׁוֹנְךָ Radix לשן inuſitata in K*al*. Inde autem fit Nomen לָשׁוֹן *lingua*. Propter ſuffixum, (ֹ) mutatur in (ְ) pag.44. Et ſic fit לְשׁוֹנְךָ *lingua tua*.

מֵרָע Illud מ ſignificat *à*, & præfigi ſolet per chirik ſequente daghèsh. pag.33. Sed, quia Resh non capit daghèsh. pag.24. fit compenſatio, mutando chirik in Tſerè. pag.33. Quoad

 reli-

reliquam vocem, Radix רוע *malum eſſe*. Inde רַע vel רָע *malus* & ſubſtantivè *malum*. Hic autem, propter accentum diſtinctivum, debet ſcribi רָע cum (·) pag.42.

וּשְׂפָתֶיךָ Radix שָׂפָה *labium*. Dual. שְׂפָתַיִם nam primum (·) mutatur in Shevà. pag.44. Additur autem יִם, & ה mutatur in ת p.30. Unde cum ſuffixo fit שְׂפָתֶיךָ Præfixum וּ ponitur pro וְ ante literam Shevatam. pag.35. Et, quia illud וּ habetur pro brevi, Shevà ſequens quieſcit. Quia autem Shevà illud oritur ex puncto longo, litera פ non habet daghèsh. pag.110.

מִדַּבֵּר Radix דָּבַר *locutus eſt*. Inde Infinitivus *Piel* דַּבֵּר & מִדַּבֵּר cum מ Præfixo. pag.33.

מִרְמָה׃ Radix רָמָה *projecit*. In *Piel doloſè egit*. Inde Nomen מִרְמָה *dolus*.

VER-

VERSUS XIV.

quære: bonum fac &, malo à Declina

סוּר מֵרָע וַעֲשֵׂה טוֹב בַּקֵּשׁ

bakkéſch tov vaháſè merah ſur

.eam perſequere &, pacem

שָׁלוֹם וְרָדְפֵהוּ׃

werodhphéhu ſchalòm

סוּר Verbum è Quieſcentibus *Ajin-Vau*. Eſt hic in Imperativo K*al*. Eademque vox eſt Infinitivus K*al*, & ipſa Radix.

מֵרָע Explicatum eſt verſ. præcedenti.

וַעֲשֵׂה Radix עָשָׂה *fecit*. Inde Imperativus K*al* עֲשֵׂה cum (..) pro Shevà ſub Gutturali. pag.46. Unde & litera (ו) quæ ſolet præfigi per Shevà, pag.33. habet (-) propter affinitatem. pag.47.

בַּקֵּשׁ Imperativus *Piel* à verbo בִּקֵּשׁ *quæſivit*.

שְׁלוֹם Radix שָׁלַם *perfecit*, *pacificus fuit* &c.

וְרָדְפֻהוּ׃ Radix רָדַף *perſecutus eſt*. Inde Imperativus *Kal* רְדֹף. Sed cum ſuffixo, prima Radicis habet Camets-catuph, ſecunda habet Shevà. pag. 97. Et ſuffixum הוּ (Verborum proprium pag. 94.) adjungitur per (ֻ) pag. 98. Et ſic fit רָדְפֻהוּ, cui præfigitur (ו) more ſolito. Porrò פ, licet ibi veniat poſt Shevà mutum, non habet daghèsh; quia illud Shevà oritur ex puncto longo (ֹ) pag. 110.

VERSUS XV.

ejus aures &, juſtos ad Domini Oculi

עֵינֵי יְהוָֹה אֶל־צַדִּיקִים וְאָזְנָיו

veoznàu el-tſaddikim Adhonài Henè

. eorum clamorem ad

אֶל־שַׁוְעָתָם׃

el-shavhathàm

עֵינֵי Radix עַיִן *oculus*. Dual. עֵינַיִם pag.30. & pag.53. In Regimine עֵינֵי pag.32.

אֶל־צַדִּיקִים Prima vocula eſt præpoſitio ſignificans *ad*. Alterius vocis Radix צָדַק *juſtus fuit*. Inde צַדִּיק *juſtus*. Plur. צַדִּיקִים pag.30.

וְאָזְנָיו Radix אזן. Inde אֹזֶן *auris*. Dual. אָזְנַיִם. Et cum ſuffixo אָזְנָיו p.56. Illud cholem, juxta regulam communem pag.57. mutatur in (ּּ) ſed, quia punctum compoſitum ante aliud Shevà amittit ſuum Shevà, pag.46, inde

 fit

fit Camèts - catùph.

שַׁוְעָתָם׃ Radix שָׁוַע *clamavit*. Inde שַׁוְעָה *clamor*. Cum Suffixo mutatur ה in ת pag.40. & ſic fit שַׁוְעָתָם

VERSUS XVI.

exſcindendum ad malum facientes in Domini Vultus

פְּנֵי יְהוָה בְּעֹשֵׂי רָע לְהַכְרִית

lehacbrith raħ beħosè Adhonai Penê

.eorum memoriam terra de

מֵאֶרֶץ זִכְרָם׃

zichram meerets

פְּנֵי Radix פָּנָה Inde Nomen Plurale פָּנִים In Regimine פְּנֵי. Vide de hac voce plura in verſ.5.

בְּעֹשֵׂי Radix עָשָׂה *fecit*, è Quieſce ntibus *Lamedh-He*. Inde Participium *Benonì* עֹשֶׂה. Plur. עֹשִׂים. In Regimine עֹשֵׂי. Cholem ponitur ſine ו expreſſo, ut ſæpè fit pag.20.

לְהַכְרִית Radix כָּרַת *exſcidit*. Inde Infini-

finitivus *Hiphil* הַכְרִית Præfigitur ל more ſolito, ut fiat Gerundium. pag.63.

מֵאֶרֶץ Componitur ex אֶרֶץ & מ Præfixo. אֶרֶץ *terra* eſt ipſa Radix. מ præfigi ſolet per chirik ſequente daghèsh. pag.33. Hic autem, quia Gutturalis א non capit daghèsh, pag.24. fit compenſatio per (ֵ) pag.33.

זִכְרָם Radix זָכַר *recordatus eſt*. Inde זֵכֶר *memoria*. Cum ſuffixo, utrumque (ֶ) mutatur in Shevà. pag.44. Prius autem Shevà, quia venit ante aliud Shevà mutatur in (ִ) pag.47. & ſic fit זִכְרָם *memoria eorum*.

VER-

VERSUS XVII.

omnibus ex &	*, audivit Dominus*	*&*	*, Clamaverunt*
וּמִכָּל־	שָׁמֵעַ	וַיהוָה	צָעֲקוּ
umiccol	ſcameah	vadhonai	tſahaku

. eos liberavit	*eorum anguſtiis*
הִצִּילָם ׃	צָרוֹתָם
hitſilàm	tſarotàm

צָעֲקוּ Radix צָעַק *clamavit*. Inde tertia plur. Præteriti *Kal* צָעֲקוּ cum (ֲ) pro Shevà ſub Gutturali. pag.46.

וַיהוָה שָׁמֵעַ וּמִכָּל־ Explicatum eſt v.6. צָרוֹתָם ut v.6. Pro ſuffixo autem, vide pag.40.

הִצִּילָם ׃ ut verſ.4. Pro ſuffixo autem, vide pag.98.

VERSUS XVIII.

contritos & : corde attritis Dominus Propinquus

קָרוֹב יְהוָה לְנִשְׁבְּרֵי־לֵב וְאֶת־דַּכְּאֵי־

veeth-daccee leniſchberè-leu Adhonai karov

. ſalvabit ſpiritu

רוּחַ יוֹשִׁיעַ׃

joſchiah ruahh

קָרוֹב Radix קָרַב *appropinquavit*.

לְנִשְׁבְּרֵי־ Radix שָׁבַר *fregit*. Inde Participium *Niphal* נִשְׁבָּר Plur. נִשְׁבָּרִים. in Regimine נִשְׁבְּרֵי. pag. 31. ל præfigitur, ut ſolet, per Shevà. pag. 33.

לֵב Nomen contractum ex לֵבָב. Utrumque ſignificat *Cor*.

וְאֶת־ Præfigitur ו, ut ſolet, per Shevà. pag. 33. Vocula אֵת eſt ſignum Accuſativi casùs. pag. 32. (ֶ) pro (ֵ) propter *Mactàph*. pag. 43.

דַּכְּאֵי־ Radix דָּכָא *contrivit*. Inde Nomen דַּכָּא *contritus*. Plur. דַּכָּאִים In Regimine דַּכְּאֵי.

רוּחַ

רִיחַ Radix רָוַח *reſpiravit*. Pro (ַ) ſub ח, vide pag. 21.

יוֹשִׁיעַ׃ Radix ישע è Quieſcentibus *Pe-Jodh*. Inde tertia ſing. maſc. Futuri *Hiphil* יוֹשִׁיעַ pag. 74. cum (ַ) ſuffurato ſub ע pag. 21.

VERSUS XIX.

illis omnibus ex & :	*juſti*	*afflictiones*	*Multæ*
וּמִכֻּלָּם	צַדִּיק	רָעוֹת	רַבּוֹת
umicullàm	tſaddik	rahoth	rabboth

Dominus	*eum liberabit*
יְהוָה׃	יַצִּילֶנּוּ
Adhonai	jatſilennu

רַבּוֹת Radix רָבַב *multiplicatum eſt*. Inde רַב *multus*, Plur. רַבִּים. Fœm. רַבָּה Plur. רַבּוֹת. Eſt daghèsh in ב ad ſignificandum defectum alterius ב radicalis. Sic fit in his verbis duplicantibus Ajin. pag. 78. Et in Nominibus inde ortis. pag. 41.

רָעוֹת Radix רוע *malum eſſe*. Inde רָעָה

רָעָה *malum, malitia, afflictio*. Plur. רָעוֹת. Primum (·) in hoc Nomine non mutatur. pag.53.

צַדִּיק Ut ſupra. verſ.15.

וּמִכָּלָם Componitur ex duplici Præfixo, & ex Nomine ſimul cum Suffixo. Primum Præfixum ו ſignificat *&*: ponitur pro (וְ) ante Labialem. pag.35. Alterum Præfixum מ ſignificat *ex*: præfigitur, ut ſolet, per chirik ſequente daghèsh. pag.33. Nomen eſt כל *omnis*, à Radice כָּלַל *perfecit*. Cum Suffixo mutat cholem in Kibbùts; & daghèsh ponitur in ל ad ſignificandum defectum alterius ל radicalis. pag.51.

יַצִּילֶנּוּ Radix נצל inuſitatum in *Kal*. In *Niphal evaſit*, in *Hiphil evadere fecit*: ubi, juxta paradigma verborum perfectorum, tertia ſing. maſc. Futuri deberet eſſe יַנְצִיל Sed quia eſt verbum defectivum *Pe-Nun*, Nun ſhevandum tollitur; &, ad defectum ſignificandum, ponitur daghèsh in litera ſequente. p.71. Et ſic fit יַצִּיל, cui adjungitur ſuffixum verborum proprium pag.94. & fit יַצִּילֶנּוּ *liberavit eum*.

VER-

VERSUS XX.

illis ex Unum: ejus oſſa omnia Cuſtodiens
שֹׁמֵר כָּל־עַצְמוֹתָיו אַחַת מֵהֵנָּה
mehenna ahhàch col-Hatſmothau ſchomèr

. eſt confractum non
לֹא נִשְׁבָּרָה׃
niſchbàra lo

שֹׁמֵר Participium *Benonì* (. à verbo שָׁמַר cuſtodivit) vim habens Temporis Præſentis, quo carent Hebræi. pag.58.

כָּל־עַצְמוֹתָיו De prima voce dictum eſt verſ.1. Quoad alteram vocem, Radix עָצַם *roboratus eſt*. Inde עֶצֶם *os oſſis*. Ob Numerum Pluralem, primum (ֶ) mutatur in Shevà. pag.44. Sed pro Shevà ſub Gutturali ponitur (ֲ) p.46. Alterum (ֶ) mutatur in (ָ) pag.44. Et ſic fit עֲצָמִים *oſſa*, &, cum terminatione fœminina, עַצְמוֹת. Jam, ſi juxta regu-

regulam traditam pag.40. fingas hanc vocem eſſe in Numero ſingulari, & inde formes Pluralem; debes addere (ים) pag.30. Debes etiam mutare (ׂ) in Shevà. pag.43. Et tunc quia (ֱ) venit ante aliud Shevà, debet amittere ſuum Shevà. pag.46. Et ſic habetur Plurale fictum עֲצמוֹתִים. Cui ſi adjungantur Suffixa more ſolito, habebitur עַצְמוֹתָיו *oſſa ejus*.

אַחַת Radix אֶחָד *unus*, cum (ַ) pro (ָ) ante ח Cametſatum. pag. 34. Inde Nomen fœm. אַחַת *una*, quaſi pro אַחַדְתְּ.

מֵהֵנָּה Litera מ, licet ſoleat præfigi per chirik ſequente daghèsh, pag.33. Hoc loco habet (ֵ) pro compenſatione ob daghèsh excluſum è ſequenti litera Gutturali. pag.33. הֵנָּה eſt Pronomen, ſignificans idem quod הֵן *illæ*. p.38.

לֹא Adverbium ſignificans *non*.

נִשְׁבָּרָה Radix שָׁבַר *fregit*. Inde tertia ſingularis maſculina. Præteriti *Niphal* נִשְׁבַּר fœmininum נִשְׁבְּרָה ubi Shevà ſub ב ortum habet ex Patach. Et ideò ideò Accentus diſtinctivus

vus mutat illud Shevà in punctum longum ſimile, ſeu in Camèts, & ſimul retrahit tonum. pag. 43. Et ſic fit נִשְׁבָּרָה.

VERSUS XXI.

oſores &c: malitia impium Interficiet
תְּמוֹתֵת רָשָׁע רָעָה וְשֹׂנְאֵי
veſoneè rahà raſchah temothèth

. delinquent juſti
צַדִּיק יֶאְשָׁמוּ׃
jeſchamu tſaddik

תְּמוֹתֵת Radix מוּת *mori*. In *Piel*, *interficere*. In *Piel* autem horum verborum Quieſcentium *Ajin*, prima Radicis habet ubique (וֹ) & duplicatur tertia. pag.79. Unde in tertia ſing. fœm. Futuri *Piel* eſt תְּמוֹתֵת.

רָשָׁע Nomen à verbo רָשַׁע *impiè egit*

רָעָה Nomen à verbo רוּעַ *malum eſſe*.

וְשֹׂנְאֵי Radix שָׂנֵא vel (quod magis uſita-

uſitatum eſt) שָׂנֵא *odio habuit*. Unde שׂנֵא ſumi poteſt, vel ut Participium à שָׂנֵא, vel ut Nomen; adeoque verti poteſt, *odio habens*, vel *oſor*. Plur. שׂנְאִים. In Regimine שׂנְאֵי Litera י præfigitur, ut ſolet, per Shevà. pag.33.

צַדִּיק ut ſuprà verſ.15.

יֶאְשָׁמוּ׃ Radix אָשַׁם *deliquit*, *deſolatus eſt*. &c. Unde fit יֶאְשָׁמוּ׃ prorſus eodem modo quo יֶחְפָּרוּ׃ verſ. 5. Vide quæ dicta ſunt, & applica ſingula.

VERSUS XXII.

delinquent non & ſuorū ſervorū animā Dūs Redimens

פּוֹדֶה יְהוָה נֶפֶשׁ עֲבָדָיו וְלֹא יֶאְשְׁמוּ

jeſchemu velo havadam nepheſch Adhonai Podhè

. illo in ſperantes omnes

כָּל־הַחוֹסִים בּוֹ׃

bo col-hahhoſim

פּוֹדֶה Radix פָּדָה *redemit*. Verbum Quieſcens *Lamedh-He*. Inde Participium *Benonì* פּוֹדֶה vim habet Temporis præſentis. pag.58.

נֶפֶשׁ Eſt ipſa Radix.

עֲבָדָיו Radix עָבַד *ſervivit*. Inde עֶבֶד *ſervus*. Plur. עֲבָדִים cum Suffixo עֲבָדָיו. Primum (ָ) mutatur in Shevà. pag.44. Et pro Shevà ſub Gutturali, ponitur (ֲ) pag.46. Alterum (ֶ) mutatur in (ָ) pag.44.

וְלֹא Componitur ex Præfixo וְ, & Adverbio לא *non*.

יאְשָׁמוּ Hæc vox nullam habet diffi-culratem novam, nec ullo modo dif-ferr ab ultima voce Versùs præceden-tis, niſi quòd careat mutatione, quæ ibi facta eſt propter Accentum diſtin-ctivum.

כָּל־ Ut ſuprà. verſ.1.

הַחוֹסִים Radix חָסָה *ſperavit*. Ver-bum Quieſcens *Lamedh-He*. Inde Par-ricipium *Benonì* חוֹסֶה Plur. חוֹסִים p.88. Præfigitur ה *demonſtrativum* per (-) nullâ factâ compenſatione ob daghèsh excluſum ex Gutturali ח pag.34. Vis iſtius Participii ſimul cum Præfixo, optimè exprimitur græcè οἱ ἐλπίζοντες. Poteſt & latinè exprimi ſic, *qui* (ſunt) *ſperantes*, vel, *qui ſperant*. Sicut enim Participia ſupplent vices Tempo-ris Præſentis; ita & ה demonſtrati-vum, dum Participiis præfigitur, vi-ces ſupplet Pronominis Relativi.

:בוֹ Ut ſupra verſ.8.

L 2 INDEX

Index Capitum.

Caput I. De Ratione legendi. pag. 15.
Caput II. De Nomine, Præfixis, & Pronomine. pag. 27.
Caput III. De Mutatione Punctorum. pag. 41.
Caput IV. De Verbo Perfecto. pag. 58.
Caput V. De Verbo Imperfecto. p. 69.
Caput VI. De *Suffixis verborum, aliiſque Suffixis*. pag. 94.

APPENDIX

IN QUA

Breviter, & dilucidè,

De Hebraicis Idiotiſmis, Syntaxi, & Numeris agitur.

AUCTORE

JACOBO MARIA AYROLO

SOCIETATIS JESU.

Linguæ Sanctæ, & Philoſophiæ Profeſſore.

In Collegio Romano.

ROMÆ, Typis Georgii Plachi, in Platea Eccleſiæ Sancti MARCI. 1706.

SUPERIORUM PERMISSU.

MICHAEL ANGELUS TAMBURINUS

Præpoſitus Generalis Societatis
JESU.

CUM librum, *cui titulus* : Appendix de Hebraicis Idiotiſmis, *à P. Jacobo Maria Ayrolo Societatis noſtræ Sacerdote ſcriptum*, *aliquot ejuſdem Societatis Religioſi harum rerum peritiores recognoverint*, *& in lucem edi poſſe probaverint*, *facultatem facimus*, *ut typis mandetur*, *ſi ita iis*, *ad quos pertinet videbitur*; *Cujus rei gratiâ has literas manu noſtra ſubſcriptas*, *& Sigillo munitas dedimus*. *Romæ* 12. *Martii* 1706.

Michael Angelus Tamburinus.

Imprimatur,

Si videbitur Reverendiſs. Patri Mag. Sac. Palatii Apoſtolici.

Dominicus de Zaulis Epiſcopus Verulanus Viceſgerens.

Imprimatur,

Fr. Joannes Baptiſta Carus Magiſter, & Socius Reverendiſs. P. S. A. P. Mag. Ord. Præd.

De

De Hebraicis Idiotiſmis.

Omiſſâ eâ vocum Syntaxi, quæ Linguæ Sanctæ cum linguis cæteris communis eſt; eos ſolum idiotiſmos in quibus lingua hæc à cæteris diſcrepat, proponemus.

CAPUT I.

De Conſtructione Nominum.

1. IN conſtructione nominis ſubſtantivi cum adjectivo, participio, aut pronomine; ſubſtantivum ſemper præponitur. ut בֵּן חָכָם *filius ſapiens*, non verò חָכָם בֵּן *ſapiens filius*.

2. Sæpe adverbium pro adjectivo adhibetur. ut דָּם חִנָּם *Sanguis immeritò*, ideſt ſanguis innocens.

3. Vel nomen ſubſtantivum cum præfixo ב, ל, מ pro adjectivo ponitur. ut

ut אַרְיֵה מִיַּעַר *Leo de Sylva*, ideſt, Leo Sylveſtris.

4. Et ſi adjectivum, & ſubſtantivum in genere, & numero plerumque conſentiunt; aliquando tamen diſſentiunt, Iſai.19.4. *Tradam Ægyptum in manu* אֲדֹנִים קָשֶׁה *Dominorum crudelis*, ideſt, crudelium.

5. Similiter nomen plurale jungitur aliquando verbo ſingulari, idque vel ob rei dignitatem, ut Gen.42.30. דִּבֶּר הָאִישׁ אֲדֹנֵי הָאָרֶץ אִתָּנוּ קָשׁוֹת׃ *Locutus eſt Domini terræ nobiſcum dura*, ideſt, Dominus terræ; vel ob diſtributionem; ut Num.32.25. וַיֹּאמֶר בְּנֵי גָד *Et dixit, filii Gad*, ideſt, dixerunt.

6. Quotieſcumque duo nomina ſubſtantiva rerum diverſarum in oratione continuantur, alterum erit in regimine hujus linguę proprio p.33. Hanc regulam imitantur participia, ut Pſ.5.6. פֹּעֲלֵי אָוֶן *Operantes iniquitatis*, loco dicendi, iniquitatem.

7. Hæc autem regiminis ratio in pluribus nominibus continuatur, ut Joſ.10.24. אֶל־קְצִינֵי אַנְשֵׁי הַמִּלְחָמָה׃ *Ad Prin-*

Principes virorum belli.

8. Solet quandoque ſubſtantivum habere formam regiminis, etiam non ſequente genitivo, modo ſequatur aliqua ex literis contentis hac dictione שְׁכָלְם ut Eccl. 11. 3. מְקוֹם שִׁיפּוֹל *Loco, in quo cecidit*: pro מָקוֹם. 2. Reg. 1. 21. הָרֵי בַּגִּלְבֹּעַ *Montes in Golboe*, pro הָרִים.

9. Genitivus nominis ſubſtantivi ſæpe pro adjectivo ponitur, ut Ex. 3. 5. אַדְמַת־קֹדֶשׁ *Terra Sanctitatis*, ideſt, Sancta. Job. 34. 10. אַנְשֵׁי לֵבָב *Viri cordis*, ideſt, cordati, quæ phraſis eſt etiam italicè uſitata cum dicimus, *Vomo di petto*.

10. Adjectiva, quæ apud Latinos regunt ablativum, hìc habent modum regiminis, ac proinde regunt genitivum עֱרוּךְ הַמִּלְחָמָה *Inſtructus belli*, pro inſtructus bello. Quod etiam italicè dicimus, *prattico di guerra*.

11. Ad excellentiam, & amplificationem ſignificandam adhibent hoc nomen *Deus*. ut Pſ. 80. 11. וַעֲנָפֶיהָ אַרְזֵי־אֵל׃ *Arbuſta ejus, ſicut cedros Dei*, ideſt altiſſimas. ſic italicè dicimus:

A caſa

A caſa di Dio, ideſt remotiſſimè.

12. Defectum diminutivi ſolent per ejuſdem nominis iterationem compenſare, ut 1. Reg. 1. 24. *Erat autem adhuc* הַנַּעַר נָעַר *puer, puer, ideſt infantulus.*

13. Diſtributiva per ejuſdem nominis iterationem redduntur, ut Iſai. 58. 2. וְאוֹתִי יוֹם יוֹם יִדְרֹשׁוּן׃ *Me die die quærunt*, ideſt, per ſingulos dies.

14. Quia hebræi carent reciprocis, loco illorum utuntur affixis tertiæ perſonæ, ut Iſai. 6. 2. *Duabus alis velabant* פָּנָיו *faciem ejus*, ideſt, ſuam, *& duabus velabant* רַגְלָיו *pedes ejus*, ideſt, ſuos. Zach. 6. 12. *Ecce vir, oriens nomen ejus* יִצְמָח וּמִתַּחְתָּיו, *& ſubter eum orietur*, ideſt, ſubter ſe, ſive ſponte ſua orietur: ubi mirabilis innuitur ortus Meſſiæ, futurus ex Matre Virgine.

15. Aliquando, loco pronominis poſſeſſivi, utuntur primitivo, ut Gen. 15. 13.

וַיֹּאמֶר לְאַבְרָם יָדֹעַ תֵּדַע כִּי־גֵר יִהְיֶה
זַרְעֲךָ בְּאֶרֶץ לֹא לָהֶם

Cogno-

Cognoſcendo cognoſces, quòd peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra non ipſis ideſt, in terra non ſuâ. Quæ phraſis latinè barbara, Italicè eſt elegans, & uſitata: *Nella terra non loro*.

16. Relativum אֲשֶׁר *Qui, Quæ, Quod*, interdum omittitur. ut Pſ. 18. 45. עַם לֹא־יָדַעְתִּי יַעַבְדוּנִי׃ *Populus, non cognovi*, ideſt, quem non cognovi, *ſervivit mihi*.

17. Poſt relativum paſſim additur ſequenti voci aliud relativum, ſive pronomen affixum quod redundat. ut Pſal. 4. 1.: כַּמֹּץ אֲשֶׁר תִּדְּפֶנּוּ רוּחַ *Sicut pulvis, quem projicit eum ventus*. Quem dicendi modum Itali imitantur: *Come polvere, la quale il vento ſe la porta*.

18. Adhibent aliquando abſtractum pro concreto, ut Pſ. 1. 1. אַשְׁרֵי הָאִישׁ *Beatitudines viri*, ideſt, Beatus vir.

19. Uſitata eſt hebræis hæc conſtructio יְהוָה בַּשָּׁמַיִם כִּסְאוֹ *Dñs, in cœlo ſedes ejus*, loco dicendi, ſedes Domini in Cœlo. Hoſe. 12. כְּנַעַן בְּיָדוֹ מֹאזְנֵי מִרְמָה *Mercator, in manu ejus ſtatera doloſa*, ideſt, in manu mercatoris. Sic italicè dici-

dicimus. *Mercante avaro,le ſue bilance non ſon mai giuſte.*

20. Cum volunt unum alteri per comparationem præferre, id quod præferunt, affirmant, alterum negant, ut Oſe. 6. 6. חֶסֶד חָפַצְתִּי וְלֹא זָבַח *Miſericordam volo, & non ſacrificium*, ideſt, miſericordiam magis, quàm ſacrificium. Pſ. 21. 7. וְאָנֹכִי תוֹלַעַת וְלֹא־אִישׁ *Ego autem ſum vermis, & non homo*, ideſt, vermis potiùs, quàm homo.

21. Vel utuntur Epithaſi, ſeù verbo vehementiori, pro minus vehementi, ſic Malac. 1. 2. וָאֹהַב אֶת־יַעֲקֹב וְאֶת־עֵשָׂו שָׂנֵאתִי *Jacob dilexi, Eſau autem Odio habui.*

22. Simili Epitaſi adhibent hanc vocem, *Omnis*, pro magno, & excellenti, ut Pſ. 107. 18. כָּל־אֹכֶל תְּתַעֵב נַפְשָׁם׃ *Omnem eſcam abominata eſt anima eorum*: ideſt, eſcam omnium præſtantiſſimam, nimirum cæleſte Manna. Pſ. 39. 6. אַךְ כָּל־הֶבֶל כָּל־אָדָם נִצָּב׃ *Veruntamen univerſa vanitas omnis homo vivens*: ideſt, mera, & ſumma vanitas

Eccl. 12.

Google

Ec. 12. 13. אֶת־הָאֱלֹהִים יְרָא וְאֶת־מִצְוֹתָיו שְׁמוֹר כִּי־זֶה כָּל־הָאָדָם *Deum time, & mandata ejus obſerva, hoc eſt enim omnis homo*: ideſt; qui hoc fecerit, eſt præſtantiſſimus homo.

23. In comparationibus ſubinde omittunt particulam comparativam, Prov. 16. 24. צוּף דְּבַשׁ אִמְרֵי נֹעַם *Favus mellis compoſita verba*, ideſt, quaſi favus.

24. Interdum accuſativus pro genitivo ponitur, dum nomen verbale regit caſum ſui verbi, ut Iſai. 11. 9. Plena erit terra דֵּעָה אֶת־יְהוָֹה *Cognitione Dominum*, ideſt, Domini.

25. Apud hebræos propter exiguum numerum radicum, quæ non ſunt plures, quàm 1022., ſæpe idem nomen, vel verbum, vel ſententia diverſis rebus ſignificandis adhibetur. Ex hac autem Sylva ambiguarum vocum non rarò ortæ ſunt diverſæ diverſorum Interpretum, vel etiam ejuſdem Interpretis diverſo loco, & tempore, interpretationes; dum quiſque in dubiis,

biis, quod ſibi videtur convenientius, hoc transfert. Ita reſpondet Hieron. lib. 1. Apolog. Ruffino, qui ei exprobraverat, quòd Pſalm. 2. verſum 12. pro eò, quòd ſeptuaginta Interpretes dixerunt, *Apprehendite diſciplinam*, ipſe in commentariis vertiſſet, *Oſculamini filium*: & poſtea nihilominus vertendo pſalterium, tranſtuliſſet *Adorate purè*. Nàm hebraica phraſis נַשְּׁקוּ־בַר ambigua eſt, ad ea omnia ſignificanda.

26. Hoc nomen שְׁאוֹל, quod noſter Interpres vertit, *infernum*, ut plurimùm ſignificat ſepulchrum. Hinc eſt illud Geneſis 42.38. וְהוֹרַדְתֶּם אֶת־שֵׂיבָתִי בְּיָגוֹן שְׁאוֹלָה *Et deducetis canos meos cum dolore ad inferos*, ideſt, ad ſepulchrum, & Pſ. 53. כִּי לֹא תַעֲזֹב נַפְשִׁי לִשְׁאוֹל *Quoniam non relinques animam meam in inferno*.

27. Unam eandemque rem, cum plures habet conditiones, & proprietates, pluribus etiam nominibus hebræi explicant. Sic Legem Divinam Pſ. 119. vocat Propheta 1. *Præcepta*, *Mandata*,

ta, *Statuta*, *Cuſtodiam*: quia præcipit, mandat, ſtatuit, atque cuſtodit. 2.*Judicia*, quia dijudicat, & dirimit lites. 3. *Teſtimonia*, quia divinam nobis voluntatem teſtatur. 4. *Teſtamentum*, ideſt, fœdus, & pactum, nam hoc pactum iniit Deus cum hominibus, ſe fore eis in Deum, & in Patrem, ſi videlicet ipſi legem ejus ſervent. 5. *Vias*, *Juſtificationes*, *Verbum*, *Eloquia*, *Sermones Domini*, quia ex ore Dei proceſſit, & nos juſtos facit, & ad Deum ducit.

28. Quoniam hebræi pauca habent nomina ſpecifica plantarum, arborum, gemmarum, animalium; ſed ut plurimum genericis utuntur nominibus; neque ſemper apud Græcos, & Latinos inveniuntur nomina æquè generalia: hinc factum eſt, ut unum, idemque nomen hebraicum à diverſis Interpretibus, vel etiam ab eodem diverſis locis diverſimodè ſit expoſitum; בְּדֹלַח v.g. vocant hebræi quidquid aqueum, vel vitreum lucet, & in lapidem dureſcit. Hanc vocem

Gen. 2. 12. noſter Interpres vertit, *Bdellium*. Eſt autem Bdellium genus gummi, ſeu lacrymæ pellucidæ, quam ſtillat, *Arbor nigra*, ut ait Plinius lib. 12. cap. 9. *magnitudine oleæ, folio roboris, fructu, naturaque caprifici*. Eandem vocem Vatablus, & Eugubinus vertunt, *Unionem*. Septuaginta, *Carbunculum*. Iidem Num. 11. 8. vertunt, *Cryſtallum*.

CAPUT II.

De Conſtructione Verborum.

1. VErbum regit nomen, pronomen, & participium, vel nudè, vel (quod frequentiſſimum eſt) mediante particula aliqua. Et quidem in Dativo mediante ל regitur res, aut perſona, ut הֵרַע לָכֶם *malefecit vobis*.

2. Sic Dativum communiter regunt verba arctandi, dimittendi, permittendi, expectandi, conſulendi, reſpondendi, mandandi, illudendi, oſcu-

oſculandi, ſeducendi, medendi, prævalendi, appellandi, clamandi, credendi, confidendi, dominandi, honorandi, jurandi, ſalvandi.

3. Accuſativum regunt verba activa, idque communiter mediante particula את.

4. Huc ſpectant verba maledicendi, colendi, miniſtrandi, recordandi obliviſcendi, contingendi, eveniendi, nunciandi. Sic accuſativum, vel nudum, vel cum præpoſitione ב, regunt verba apprehendendi, videndi, eligendi, ſpernendi, interpretandi, teſtandi, odorandi, occurrendi. Verba docendi, interrogandi, & indicandi regunt duos accuſativos ſcilicet *perſonæ*, & *rei*.

5. Verba, quæ curam, vel animi perturbationem ſignificant, regunt accuſ., vel ablat. ſæpius tamen cum præpoſitione.

6. Verba, quæ cauſam, inſtrumentum, vel modum actionis ſignificant, plerumque reguntur mediante particula ב.

7. Verba æſtimandi pretium cum ב conſtruunt.

8. Verba copiæ, & inopiæ regunt ablat. cum præpoſitione ב, vel מִן.

9. Verba lætandi, gaudendi regunt ablat. cum præpoſitione ב, vel עַל.

10. Paſſivis, & neutris nominativus ſæpe jungitur mediante particula את

11. Verbum generis maſculini jungitur aliquando cum nomine generis fœminini, ut 1. Reg. 25. 27. *Suſcipe benedictionem*, quam הֵבִיא שִׁפְחָתְךָ *attulit ancilla tua*, loco dicendi הֵבִיאָה.

12. Verbum numeri pluralis jungitur aliquando cum nomine ſingulari, ut Pſal. 67. 11. חַיָּתְךָ יָשְׁבוּ־בָהּ *Animal tuum habitabunt in ea*, ideſt, animalia tua.

13. Aliquando oppoſitum fit, & nomen plurale conſtruitur cum verbo ſingulari, ut Gen. 1. 14. יְהִי מְאוֹרֹת *fiat luminaria*, pro fiant.

14. Subinde pro verbo indicativo præſenti, quo carent hebræi, utuntur præterito, ut Pſal. 115. 1. הֶאֱמַנְתִּי כִּי אֲדַבֵּר.

Cre-

Credidi, propter quod locutus ſum, ideſt, Credo. Subinde participio, Jer. 1. 11. מָה־אַתָּה רֹאֶה יִרְמְיָהוּ וָאֹמַר מַקֵּל שָׁקֵד אֲנִי רֹאֶה׃ *Quid tu videns, Jeremia? & dixi Virgã vigilantẽ ego videns*, ideſt, video.

15. Cum duo nomina per regimen conjunguntur, verbum in genere, & numero convenit aliquando cum poſteriore, licet ſenſu cum priore conſentiat, ut Gen. 4. 10. קוֹל דְּמֵי אָחִיךָ צֹעֲקִים אֵלַי *Vox ſanguinum fratris tui clamantes ad me*: loco dicendi, clamans.

16. Præcedentia tempora ſæpe determinant ſignificationem ſubſequentium, Iſai. 6. 2. בִּשְׁתַּיִם יְכַסֶּה פָנָיו וּבִשְׁתַּיִם יְכַסֶּה רַגְלָיו וּבִשְׁתַּיִם יְעוֹפֵף׃ *Duabus alis velabant faciem ſuam, & duabus velabant pedes ſuos, & duabus volabant*, ubi futurum יְכַסֶּה, & יְעוֹפֵף exponitur tamquam præteritum, quia præcedit participium preſens. שְׂרָפִים עֹמְדִים *Seraphim ſtantes*.

17. Infinitivus, augendæ ſignificationis gratiâ, ſæpiſſime præterito, vel futuro ejuſdem verbi præponitur, ut Gen. 26. 28. רָאוֹ רָאִינוּ *Videndo vidi-*

 mus,

Google

mus, ideſt, manifeſtè vidimus. Gen. 2. 17 מוֹת תָּמוּת *Moriendo morieris*, ideſt, certiſſimè morieris. Pſalm. 117. 18. יַסֹּר יִסְּרַנִּי יָּהּ *Caſtigans caſtigavit me Dominus*, ideſt, vehementer caſtigavit. Habac. 2. 3. כִּי־בֹא יָבֹא *Quia veniens veniet*, ideſt, certiſſimè veniet.

18. Imperativo autem poſtponitur, ut Iſa. 6. 9. שִׁמְעוּ שָׁמוֹעַ וְאַל־תָּבִינוּ׃ *Audite audiendo, & nolite intelligere.*

19. Verbum cum alio verbo conſtruitur in infinitivo, ſive nudè, ſive mediante לְ. Interdum tamen poſterius verbum, loco infinitivi, in eodem tempore, perſona, & numero venit, in quo prius, Hoſ. 5. 11. כִּי הוֹאִיל הָלַךְ אַחֲרֵי־צָו. *Quoniam voluit, ivit poſt ſordes*, ideſt, cœpit ire: quæ conſtructio frequens eſt in Lingua Arabica, pro eo enim, quod latinè dicimus, *faciebat*: dicunt, *fuit facit*: pro *fecerat*, dicunt, *fuit fecit*.

20. Verbum הָיָה *fuit* cum לְ conſtructum, poſſeſſionem ſignificat, explicarique poteſt per verbum *habet*, ut Gen. 26. 14. וַיְהִי לוֹ מִקְנֵה־צֹאן. *Et fuit illi*

illi poſſeſſio pecoris. Sæpe tamen verbum omittitur, ut Pſ.23.1. לַיהוָה הָאָרֶץ וּמְלוֹאָהּ׃ *Domino terra,& plenitudo ejus.* ſubintellige הֹוֶה,הוּיָה, eſt.

21. Ejuſdem verbi הָיָה cum ſubſtantivè accipitur, vicem ſupplent pronomina, ut Pſ.118.128. עַבְדְּךָ־אָנִי *Servus tuus ego*, ideſt, ſervus tuus ſum.

22. Verbis, quæ voluntatem, & facultatem ſignificant, additur infinitivus cum ל. ut Prov. 24. 1. וְאַל־תִּתְאָו לִהְיוֹת אִתָּם *Et ne deſideres eſſe cum illis*. Gen.45.1. וְלֹא־יָכֹל יוֹסֵף לְהִתְאַפֵּק *Et non poterat ultra ſe continere Joſeph*.

23. Verba ſenſuum, & alia quædam, præpoſitiones amant conſtructione latinis inuſitatâ, ut Pſ.105.6. לִרְאוֹת בְּטוֹבַת בְּחִירֶיךָ *Ad videndum in bonitate electorum tuorum*, ideſt, ad videndam bonitatem.

24. Verba motum per ſe non ſignificantia,beneficio præpoſitionum, motum ſignificant, & duplicant quodammodo ſignificationem,utPſ.18.22. וְלֹא־רָשַׁעְתִּי מֵאֱלֹהָי׃ *Nec impiè geſſi à Deo*

M 4 *meo*,

meo, ideſt, nec impiè me gerendo, defeci à Deo meo.

25. Lingua Sancta peculiariter gaudet verbis tranſitivis regentibus nomina ab iiſdem verbis profecta, ut Ex. 3. 3. אֶרְאֶה אֶת־הַמַּרְאֶה הַגָּדֹל הַזֶּה *Videbo viſionem hanc magnã*. Ezech. 17. 1. חוּד חִידָה וּמְשֹׁל מָשָׁל *Ænigmatiza Ænigma, paraboliza parabolam*.

26. Participia paſſiva habent interdum vim nominum verbalium in *bilis*, ut 2. Reg. 1. 23. Saul, & Jonatas הַנֶּאֱהָבִים *Amabiles* Pſ. 145. 3. *Magnus Dominus* וּמְהֻלָּל מְאֹד *& laudabilis nimis*.

27. Una, eademque ſententia diverſis locis diverſa ſubinde, & ferè contraria ſignificat: ſic *Portare iniquitatem*, Leu. 10. 17. ſumitur pro ignoſcere, vel veniam impetrare. לָשֵׂאת אֶת־עֲוֺן הָעֵדָה *Ad portandam iniquitatem multitudinis*, ſed. 24. 15. ejuſdem libri ſumitur pro *puniri pro peccato* אִישׁ כִּי־יְקַלֵּל אֱלֹהָיו וְנָשָׂא חֶטְאוֹ *Homo, qui maledixerit Deo ſuo, portabit peccatum ſuum*.

CAPUT

CAPUT III.

De Conſtructione Dictionis.

1. HEbraicum ו ſumitur aliquando pro disjunctiva, *vel*: pro cauſali, *quia*: pro adverſativa, *ad*: item, pro adverbiis *ſicut,ergo,ideo*.

2. Præpoſitio ב, *in*, hebraicè omnium ferè aliarum præpoſitionum vicem,& ſignificationem induit. Iſa. 55.2. לָמָּה תִשְׁקְלוּ־כֶסֶף בְּלוֹא־לֶחֶם וִיגִיעֲכֶם בְּלוֹא לְשָׂבְעָה *Quare appenditis argentum*, & *non in pane*? ideſt, & non pro pane, & *laborem veſtrum*, & *non in ſaturitate*? ideſt, & non pro ſaturitate.

3. Particula negativa לֹא, *non*, omnibus præponi poteſt temporibus, & modis, excepto imperativo.

4. Eadē particula, quemadmodum & particula אֵין, *non*, addita voci כל *Omnis*, explicanda eſt per, *nullus*.

5. אֵין jungitur participiis: בִּלְתִּי, בְּלִי, *non*, junguntur præterito, & futuro.

אַל

6. אַל,*ne*,& פֶּן *Ne fortè*, futuro tantùm junguntur. ה Interrogativum ſequente,*non*,affirmat, non ſequente,*non*, negat.

7. Negatio poſita in ſententia antecedente ſæpe numero etiam ad ſequentem trahitur. ut Pſalm. 44. 19. לֹא־נָסוֹג אָחוֹר לִבֵּנוּ וַתֵּט אֲשֻׁרֵינוּ מִנִּי אָרְחֶךָ׃ *Non receſſit retro cor noſtrum, & declinaſti ſemitas noſtras à via tua*, ideſt, non declinaſti. Iſai.53.2. וְנִרְאֵהוּ וְלֹא־מַרְאֶה וְנֶחְמְדֵהוּ *Et vidimus eum, & non erat aſpectus, & non deſideravimus eum*, veluti legunt Leo Caſtrius, Salmeron, Sanchez, Symmacus, Vatablus apud Cornelium. Licet hæc quoque lectio: *Et deſideravimus eum* probabilis ſit.

8. Particula אִם, *ſi*, ſubinde eſt negativa, ut 3. Reg. 17. 1 חַי־יְהוָה אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל אִם־יִהְיֶה הַשָּׁנִים הָאֵלֶּה טַל וּמָטָר׃ *Vivit Dominus Deus Iſrael, ſi erit his annis ros, vel pluvia*, ideſt, non erit ros, vel pluvia. Et quidem plerumque eſt nota jurantis, ut in exemplo allato, quaſi dicat, Juro, quod non pluet.

Quod

Quòd ſi poſt verba jurandi ſequatur particula, *ſi*, orationem affirmativam vertit in negativam, & negativam in affirmativam. Prioris exemplum eſt Pſ. 94. 11. אשר נשבעתי באפי אם יבאון אל־מנוחתי *Quibus juravi in ira mea, ſi introibunt in requiem meam*, ideſt, juravi, quòd non introibunt. Poſterioris exemplum eſt Iſai. 14. 24. נשבע יהוה צבאות לאמר אם־לא כאשר דמיתי כן היתה *Juravit Dominus exercituum dicendo, ſi non ut putavi, ita erit*, ideſt, juravit, quòd ut ipſe putavit, ita erit.

9. Simili modo particula אם־לא, *niſi*, eſt vox juramenti execratorii, ut Iſa. 5. 9. אם־לא בתים רבים לשמה יהיו *Niſi domus multæ deſertæ fuerint*, ſubaudi per apoſiopeſin, *non habeat verax*: Quẽadmodum latini dicunt, *niſi hoc fecero, diſperеam*. Subticent verò Hebræi ipſam imprecationem, ut horrendam auditu, & effatu.

10. אל, quod præcipuè ſignificat, *ad*, valet etiam, *ſuper*, ut Jerem. 4. 3. ואל תזרעו אל־קצים *Nolite ſerere ſuper ſpinas*.

Item

Item, *cum*. Ezech. 2. 6. אֶל־עַקְרַבִּים אַתָּה יוֹשֵׁב *Cum Scorpionibus habitas*.

Item, *in*, Ex. 25. 16. וְנָתַתָּ אֶל־הָאָרֹן׃ *pones in arca*.

Item, *de*, ut Gen. 20. 2. וַיֹּאמֶר אַבְרָהָם אֶל־שָׂרָה אִשְׁתּוֹ אֲחֹתִי הִוא *Dixitque Abrabam de Sara uxore ſua: ſoror mea eſt*.

11. אֵת, quod præcipuè ſignificat *cum*, ſumitur etiam pro *ex*, vel *de*, ut Ex. 9. 29. כְּצֵאתִי אֶת־הָעִיר *Cum egreſſus fuero ex urbe*.

Item pro ל, & dativo, ſervit, ut 1. Reg. 22. 14. וַיַּעַן אֲחִימֶלֶךְ אֶת־הַמֶּלֶךְ *Reſpondenſque Achimelech Regi, ait*.

Item pro, *ad*, ut 1. Reg. 30. 21. וַיִּגַּשׁ דָּוִד אֶת־הָעָם *Et acceſſit David ad populum*.

Item pro, *per*, ut Gen. 4. 5. קָנִיתִי אִישׁ אֶת־יְהוָה *Poſſedi hominem per Deum*.

Item *adverſùs*, ut Jer. 15. 11. וּבְעֵת צָרָה אֶת־הָאֹיֵב׃ *Et in tempore anguſtiæ adverſùs inimicum*.

12. עַל, quod præcipuè ſignificat, *ſupra*, accipitur etiam pro *juxtà*, ut Pſ. 137. 1. עַל נַהֲרוֹת בָּבֶל *Super flumina Babylonis*, ideſt, juxtà flumina.

Item

Item, pro *contra*, ut Pſ. 1. 2. עַל־יְהוָה *Adverſus Dominum*.

Item pro, *ad*, Gen. 38. 12. וַיַּעַל עַל־גֹּזֲזֵי צֹאנוֹ *Et aſcendebat ad tonſores ovium ſuarum*.

Item pro *cum*, ut Ex. 35. 22. וַיָּבֹאוּ הָאֲנָשִׁים עַל־הַנָּשִׁים *Et venerunt viri cum mulieribus*.

Item pro, *in*, ut Iſa. 38. 20. עַל־בֵּית יְהוָה *In Domo Domini*.

Item pro, *ſuper*, ut Pſal. 32. 6. עַל־זֹאת יִתְפַּלֵּל כָּל־חָסִיד *Pro hac orabit ad te omnis Sanctus*.

Item, *coram*, ut Zach. 6. 5. עַל־אֲדוֹן כָּל־הָאָרֶץ *Coram dominatore univerſæ terræ*.

13. Loco præpoſitionis *propter*, uſurpant Hebræi, *à facie*, ut Pſal. 37. 4. אֵין־שָׁלוֹם בַּעֲצָמַי מִפְּנֵי חַטָּאתִי *Non eſt pax oſſibus meis à facie peccati mei*.

14. Solent etiam præpoſitionem cum præpoſitione conjungere, præſertim, מִן, ut Pſ. 77. 71. מֵאַחַר עָלוֹת הֱבִיאוֹ *De poſt fœtantes accepit eum*, ideſt, de poſt oves, Zach. הִנֵּה אִישׁ צֶמַח שְׁמוֹ וּמִתַּחְתָּיו יִצְמָח *Ecce vir, Oriens nomen ejus*,

ejus, *& de ſub ſe*, ideſt, ſponte ſua *orietur*. *Italicè*, *di ſotto*: *per di ſotto*.

15. כִּי præcipuè cauſam denotat: ſumitur etiam pro, *ſed*, ut Pſal. 118. 17. לֹא־אָמוּת כִּי־אֶחְיֶה׃ *Non moriar*, *ſed vivam*.

Item pro, *ut*, Job. 6. 11. מַה־כֹּחִי כִּי אֲיַחֵל *Quæ eſt fortitudo mea*, *ut ſuſtinentiam*?

Item pro, *tantùm*, ut Iſai. 39. 8. וַיֹּאמֶר כִּי יִהְיֶה שָׁלוֹם וֶאֱמֶת בְּיָמָי *Et dixit*, *tantùm fiat pax*, *& veritas in diebus meis*.

Item pro, *quando*, ut Gen. 4. 12. כִּי תַעֲבֹד אֶת־הָאֲדָמָה׃. *Quando operatus fueris terram*.

Item pro, *quamvis*, ut Iſai. 12. 1. אוֹדְךָ יְהוָה כִּי אָנַפְתָּ בִּי *Confitebor tibi Domine*, *quoniam*, ideſt, quamvis *iratus es mihi*.

16. Illæ voces; *non amplius*, *non ultra*; *in æternum*; *in ſeculum*; *generatio generationis*; ſæpe non ſignificant abſolutam æternitatem, ſed ſolum diuturnam durationem, & quaſi humanam æternitatem, ideſt longum tem-

tempus, cujus finis ab homine jam vivente non videtur. Sic Ezech. 26. 14. de Tyro, dicitur לֹא תִבָּנֶה עוֹד *Non ædificabis ultra*; ſcilicet, ad longum tempus, nam poſtea ædificata eſt.

CAPUT IV.

De Figurata Conſtructione.

1. NOn minùs hebraica, quàm Græca, vel Latina Lingua, ſuos habet tropos, & figuras; omnibuſque abundat ſtyli deliciis, & ornamentis: pauca ex multis breviter hic perſtringemus.

2. Idem ſubſtantivum in eodem caſu geminatum (ſive interpoſitâ particula, *&*, ſive non) univerſalitatem ſignificat, ut Pſalm. 121. 4. שֶׁשָּׁם עָלוּ שְׁבָטִים שִׁבְטֵי־יָהּ *Quia illic aſcenderunt tribus, tribus Domini*, ideſt, omnes tribus.

3. Simili modo univerſalitatem deſignat genus fœmininum junctum maſculino ejuſdem rei, ut Eccl. 2. 8. עָשִׂיתִי

עָשִׂיתִי לִי שָׁרִים וְשָׁרוֹת *Feci mihi cantores, & cantatrices*, ideſt, omnis generis muſicos.

4. Eadem repetitio in Verbis Emphaſim habet, ut Iſai.52.11. סוּרוּ סוּרוּ צְאוּ מִשָּׁם *Recedite, recedite, exite inde*.

5. Subinde Gerundium ponitur cum nominativo, ut Pſalm. 125. 1. בְּשׁוּב יְהוָה אֶת־שִׁיבַת צִיּוֹן *In convertendo Dominus captivitatem Sion*: loco dicendi, cum converteret Dominus, & Pſ.141.4. בְּהִתְעַטֵּף עָלַי רוּחִי *In deficiendo ex me ſpiritum meum*, ideſt, cum deficeret: quem dicendi modum ad Verbum Itali reddunt; *Nel mancare lo ſpirito mio*.

6. Subinde utuntur Synecdoche, totum pro parte ponentes, vel contra: ſic caput ponitur pro toto homine. Iſa.35.10. וְשִׂמְחַת עוֹלָם עַל־רֹאשָׁם *Et lætitia ſempiterna ſuper caput eorum*, ideſt, ſuper eos. Gen.40.19. יִשָּׂא פַרְעֹה אֶת־רֹאשְׁךָ *Auferet Pharao caput tuum*, ideſt, *te*, neque enim præciſum eſt illi caput, ſed, ut ſtatim ſubditur, ſuſpen-

ſpenſus eſt in Cruce.

7. Aliquando genus pro ſpecie ponitur, ut Dan. 7. 25. עַד־עִדָּן וְעִדָּנִין וּפְלַג עִדָּן *Uſque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis*; ideſt, uſque ad tres annos, cum dimidio. Vel contra ſpecies pro genere, ut Iſa. 1. 15. יְדֵיכֶם דָּמִים מָלֵאוּ *Manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt*; ubi ſanguis, ſive homicidium, accipitur pro omni peccato. Vel materia pro re, quæ ex illa conficitur, ut 2.Reg.6.5. וְדָוִד וְכָל־בֵּית יִשְׂרָאֵל מְשַׂחֲקִים לִפְנֵי יְהוָה בְּכֹל עֲצֵי בְרוֹשִׁים *David autem, & omnis domus Iſrael ludebant coram Domino in omnibus ſignis abietum*, ideſt, in omnibus inſtrumentis muſicis.

8. Alios quoque tropos, & figuras frequentiſſimè uſurpant, metonymiam, cum *Samariam*, capiunt pro Samaritis: *Idolū*, pro Idololatris: *Templum*, pro Sacerdotibus. Sic eleganter ludunt in voce, *peccatum*, quæ aliquando culpam ſignificat: aliquando pœnam, vel effectum culpæ, ideſt, concupiſcen-

ſcentiam, aliquando hoſtiam, quæ offertur pro peccato: quò ſpectat illud 2.Corinth.5.21. *Eum, qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit.*

9. Per antiphraſim ſubinde benedicere ponitur pro maledicere, ut Job.1.11.: אִם־לֹא עַל־פָּנֶיךָ יְבָרְכֶךָּ *Niſi in faciem benedixerit tibi.* Ironiam, & Sarcaſmum habes Gen. 3. 22. הֵן הָאָדָם הָיָה כְּאַחַד מִמֶּנּוּ לָדַעַת טוֹב וָרָע *Ecce Adam quaſi unus ex nobis factus eſt, ſciens bonum, & malum.* Zach.11.13. אֶדֶר הַיְקָר אֲשֶׁר יָקַרְתִּי מֵעֲלֵיהֶם *Decorum pretium, quo appretiatus ſum ab eis.*

10. Catachreſis habetur Malach.4.2. וְזָרְחָה לָכֶם יִרְאֵי שְׁמִי שֶׁמֶשׁ צְדָקָה וּמַרְפֵּא בִּכְנָפֶיהָ *Orietur vobis timentibus nomen meum Sol juſtitiæ, ſanitas in pennis ejus*, ideſt, in radiis ejus.

11. Per hyperbolem Gen.41.49. frumentum arenę coęquatur וַיִּצְבֹּר יוֹסֵף בָּר כְּחוֹל הַיָּם *Et congregavit Joſeph frumentum tamquam arenam maris.* 3.Reg.10.27. Argentum æquatur lapidibus: וַיִּתֵּן הַמֶּלֶךְ אֶת־הַכֶּסֶף בִּירוּשָׁלִַם כָּאֲבָנִים *Fecitque Salomon, ut tanta eſſet abundantia*

dantia argenti, quanta & lapidum.

12 Frequens quoque eſt Hebræis Hendiadys, quâ unum in duo dividunt, ut Gen.1.14. וְהָיוּ לְאֹתֹת וּלְמוֹעֲדִים וּלְיָמִים וְשָׁנִים׃ *Et ſint* (Sol, & Luna) *in ſigna, & tempora, in dies, & annos*, ideſt, in ſigna temporum, dierum, & annorum. Ab oppoſito diviſa conjungunt: ut Pſal.112.5. *Qui in altis habitat, & humilia reſpicit in Cœlo, & in Terra*, ideſt, in altis habitat in Cœlo, & humilia reſpicit in Terra.

13. Metaphora eſt frequentiſſima. *Lupi, Pardi &c*. Iſa.11.6. ſunt barbaræ nationes. *Calix* ſors eſt. *Gladius, Sagitta* eſt quidquid torquet, vel nocet. *Sic ignis, tempeſtas*, eſt quodvis tormentum, vel clades. *Medulla tritici, olei, vini*, vocatur quod in frumento, oleo, & vino eſt præſtantiſſimum. *Robur panis*, eſt alimentum Iſai.3.1. כֹּל מִשְׁעַן־לֶחֶם *Omne robur panis*. *Cornu*, eſt potentia Pſ.131.17. שָׁם אַצְמִיחַ קֶרֶן לְדָוִד *Illuc producam cornu David*. *Onus*, eſt prophetia, quæ afflictionem, & punitionem prænuntiat. *Os gladii*, eſt acies gladii.

Funis, vel *funiculus*, eſt hæreditas, nam funiculis menſurari ſolebant prædia dividenda. *Vaſa*, ſunt quævis inſtrumenta, hinc, *vaſa mortis*, ſunt inſtrumenta, quibus infertur mors.

Porro quanta in hebraicis metaphoris inſit elegantia, oſtendunt. Iſai. 34. 5. כִּי־רִוְּתָה בַשָּׁמַיִם חַרְבִּי *Quia inebriatus eſt in cœlo gladius meus*. Deut. 32. 42. אַשְׁכִּיר חִצַּי מִדָּם וְחַרְבִּי תֹּאכַל בָּשָׂר. *Inebriare faciam ſagittas meas ſanguine, & gladius meus devorabit carnes*. Habac. 1. 16. יְזַבֵּחַ לְחֶרְמוֹ וִיקַטֵּר לְמִכְמַרְתּוֹ *Immolabit ſagenæ ſuæ, & ſacrificabit reti ſuo*, ideſt, omnia tribuet virtuti, & induſtriæ ſuæ. Job. 38. 37. מִי־יְסַפֵּר שְׁחָקִים בְּחָכְמָה וְנִבְלֵי שָׁמַיִם מִי יַשְׁכִּיב *Quis narrabit cælorum rationem, & concentũ cœli quis dormire faciet*, ideſt, ceſſare faciet. Itẽ 39. 19. הֲתִתֵּן לַסּוּס גְּבוּרָה הֲתַלְבִּישׁ צַוָּארוֹ רַעְמָה ... שֹׁפָר יֹאמַר הֶאָח וּמֵרָחוֹק יָרִיחַ מִלְחָמָה רַעַם שָׂרִים וּתְרוּעָה. *Nunquid præbebis equo ſortitudinem, aut circumdabis collo ejus hinnitum? ubi audierit vocem buccinæ dicit, vah: procul odoratur bellum, exhortationem ducum, & ulula-*

ululatum exercitus. Et cap. 38. 8. וַיָּסֶךְ בִּדְלָתַיִם יָם בְּגִיחוֹ מֵרֶחֶם יֵצֵא בְּשׂוּמִי עָנָן לְבֻשׁוֹ וַעֲרָפֶל חֲתֻלָּתוֹ. *Quis concluſit oſtiis mare, quando erumpebat, quaſi de vulva procedens: cum ponerem nubem veſtimentum ejus, & caligine illud, quaſi pannis infantiæ obvoluerem?*

14. Ab una metaphora immediatè tranſeunt ad aliam, etiam diſparatam ſic. Zach. 3. 8. 9. Chriſtus primo Oriens, deinde Lapis vocatur הִנְנִי מֵבִיא אֶת־עַבְדִּי צֶמַח כִּי הִנֵּה הָאֶבֶן אֲשֶׁר נָתַתִּי לִפְנֵי יְהוֹשֻׁעַ: *Ecce ego adducam ſervum meum Orientem. Quia ecce lapis, quem dedi coram Jeſu.*

15. Nomina figuræ ſubinde tribuuntur rei figuratæ, ſic Chriſtus Ezech. 34. 23. vocatur David וְרָעָה אֶתְהֶן אֵת עַבְדִּי דָוִיד *Et paſcet eas ſervus meus David.* Et nomina parentum ponuntur pro filiis, & poſteris. Sic Iſraelitæ paſſim vocantur, *Iſrael*: Idumæi vocantur, *Eſau*.

16. Urbes, quaſi mulieres, ab hebræis vocantur, *filiæ*, & quidem, *meretrices*, ſi quando illas de Idololatria

notate volunt, aliàs, *Virgines*, vocantur: ſic 4. Reg. Jeruſalem vocatur, *Virgo filia Sion* בְּתוּלַת בַּת־צִיּוֹן

Simili modo *filiū*, vel *filiam* vocant id, quod ex alio extrahitur, & quaſi paritur: ſic ſagittas vocant *filias pharetræ*: Th. 3. 13. בְּנֵי אַשְׁפָּתוֹ *Filias pharetræ ſuæ*. Frumenti grana excuſſa, *Filios areæ*, Iſai. 21. 10. מְדֻשָׁתִי וּבֶן־גָּרְנִי *Tritura mea, & filius areæ meæ*. Inſula Tyri, *filia maris*. Iſai. 23. 10. עִבְרִי אַרְצֵךְ כַּיְאֹר בַּת־תַּרְשִׁישׁ *Tranſi terrā tuam quaſi flumen, filia maris*. Simili modo: *Unctos oleo*, ideſt, Sacerdotem, & Regem, vocant, *Filios olei*. Zach. 4. 14. אֵלֶּה שְׁנֵי בְנֵי־הַיִּצְהָר הָעֹמְדִים עַל־אֲדוֹן כָּל־הָאָרֶץ *Hi ſunt duo filii olei, qui aſſiſtunt dominatori univerſæ terræ*.

17. Hypallage habetur Iſai. 1. 3. יָדַע שׁוֹר קֹנֵהוּ וַחֲמוֹר אֵבוּס בְּעָלָיו *Cognovit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui*, ideſt, Dominum præſepis tui.

18. Enallage generis. Iſa. 3. 12. וְנָשִׁים מָשְׁלוּ בוֹ *Et mulieres dominatæ ſunt ei*, ideſt, Principes effœminati.

Enal-

Enallage verbi, vel participii pro adverbio Pſ.77.41. וַיָּשׁוּבוּ וַיְנַסּוּ אֵל *Converſi ſunt, & tentaverunt Deum*, ideſt, iterum tentaverunt. Pſalm. 84. 7. אַתָּה תָּשׁוּב תְּחַיֵּנוּ *Tu converteris, vivificabis nos*, ideſt, iterum vivificabis. Dan.9.21. תָּשׁוּב וְנִבְנְתָה רְחוֹב *Redibit, & ædificabitur platea*, ideſt, iterum ædificabitur.

19. Frequens eſt etiam apud hebreos temporum, & modorum enallage. Præteritum ponitur pro futuro, etiam ſine ו converſivo, ut Mich.7.8. *Ne læteris inimica mea ſuper me*: כִּי נָפַלְתִּי קַמְתִּי *quia cecidi, conſurgam*, ubi קַמְתִּי ponitur pro אָקוּם.

Item præteritum ponitur pro præſenti, ut Ezech.13.3. *Væ prophetis inſipientibus, qui ſequuntur ſpiritum ſuum* וּלְבִלְתִּי רָאוּ *Et nihil vident*, ubi רָאוּ ponitur pro ר אִים.

Viceverſâ futurum ſumitur pro preterito etiam ſine ו converſivo, ut Jud.2.1. אַעֲלֶה אֶתְכֶם מִמִּצְרַיִם *Eduxi vos de Ægypto*: loco dicendi הֶעֱלֵיתִי

Idem fit, cum præcedit particula אָז,

ut Ex.15.1. אָז יָשִׁיר *Tunc cecinit*, loco dicendi הֵשִׁיר

Sumitur etiam futurum pro præſenti, præſertim cum voce interrogationis, ut Job.1.7. מֵאַיִן תָּבֹא *Unde venis?* loco dicendi מֵאַיִן אַתָּה בָא

20. Infinitivus ponitur pro preterito, ut Pſ.8.2. יְהוָה אֲדֹנֵינוּ מָה־אַדִּיר שִׁמְךָ בְּכָל־הָאָרֶץ אֲשֶׁר תְּנָה הוֹדְךָ עַל־הַשָּׁמָיִם *Domine Dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in univerſa terra, propter ponere*, ideſt, eò quòd poſueris, *magnificentiam tuam ſuper cælos*. Qui dicendi modus latinè barbarus, Italicè elegans eſt: *per porre, per haver poſto*. Ubi etiam obſerva, quomodo itali imitentur hebręos, dum affigunt verbis pronomina, & dicunt v.g. *Fermati*, *Fermalo*: velut hebræi faciunt.

21. Sæpe potentiam, vel actum, pro objecto ponunt, ut viſionem, pro re viſa: Iſa.1.1. חֲזוֹן יְשַׁעְיָהוּ *Viſio Iſaiæ*. Auditum, pro re audita. Iſai. 53. 1. מִי הֶאֱמִין לִשְׁמֻעָתֵנוּ *Quis credidit auditui noſtro?* Spem, pro re ſperata. Prov.13.12. תּוֹחֶלֶת מְמֻשָּׁכָה מַחֲלָה לֵב *Spes, quæ differtur,*

tur, affligit animam. Concupiſcentiam, pro re concupita. Pſalm. 105. 14. וַיִּתְאַוּוּ תַאֲוָה בַּמִּדְבָּר *Et concupierunt concupiſcentiam in deſerto*. Patientiam, pro re, quam patienter expectamus. Ier. 29. 11. לָתֵת לָכֶם אַחֲרִית וְתִקְוָה : *Ad dandum vobis finem, & patientiam*. Cuſtodiam, pro re cuſtodienda. Habac. 2. 1: עַל־מִשְׁמַרְתִּי אֶעֱמֹדָה *Super cuſtodiam meam ſtabo*.

22. Idem ſubſtantivum geminatuum per genitivum pluralem, excellentiam in eo genere ſignificat, & ſuperlativi vim obtinet: קֹדֶשׁ קָדָשִׁים *Sanctus Sanctorum*, ideſt, Sanctiſſimus. שִׁיר הַשִּׁירִים, *Canticum canticorum*, ideſt Excellentiſſimum Canticum. הֲבֵל הֲבָלִים *Vanitas vanitatum*, ideſt, res vaniſſima.

23. Nonunquam Hieroglyphicis utuntur, & ſymbolis, & Ænygmatibus: ita Dan. c. 4. per *ænigma arboris* deſcribitur imperiū Nabuchodonoſoris: cap. 2. per *ſtatuam* ex quatuor metallis conflatam, & c. 7. per *quatuor beſtias*, quatuor monarchiæ: c. 8. per Hircum, & Arietem, Alexander, & Darius.

Sub-

24. Subinde etiam per Mimiſin, ſive imitationem, citant fabulas gentilium, ut *glareas Cocyti.* Job. 21. 33. *Cornu Amalthea* Job. 42. 14. juxta Septuaginta. *Fabulam Titanũ*, Judit. 16. 8. Non quod fabulas approbent prophetæ, ſed ut vulgari loquendi modo ſe ſe accomodent.

CAPUT V.
De Nominibus Numeralibus.

1. NOmina numeralia cardinalia tres apud hebræos habent proprietates. Prima eſt, quòd maſculina, à tribus ad decem, habent terminationem fœm., & contra fœminina habent terminationem maſc.

2. Altera eſt, quòd nomina iſta numeralia, numeri ſingularis, junguntur ſubſtantivis numeri pluralis, & contra. Dicimus enim חָמֵשׁ שָׁנִים *Quinque anni* חֲמִשִּׁים שָׁנָה *Quinquaginta annus.*

3. Tertia, quòd numeri minores majoribus, in compoſitione præſertim, præponuntur. Porro ad majorem commoditatem ſtudioſorum tabulam numerorum ſubjiciemus.

NUME-

NUMERI CARDINALES.

Generis Fœm.		*Generis Maſc.*		
Regim.	Abſolut.	Regim.	Abſolut.	
אַחַת	אַחַת	אַחַד	אֶחָד	1
שְׁתֵּי	שְׁתַּיִם	שְׁנֵי	שְׁנַיִם	2
שְׁלֹשׁ	שָׁלֹשׁ	שְׁלֹשֶׁת	שְׁלֹשָׁה	3
אַרְבַּע	אַרְבַּע	אַרְבַּעַת	אַרְבָּעָה	4
חֲמֵשׁ	חָמֵשׁ	חֲמֵשֶׁת	חֲמִשָּׁה	5
שֵׁשׁ	שֵׁשׁ	שֵׁשֶׁת	שִׁשָּׁה	6
שְׁבַע	שֶׁבַע	שִׁבְעַת	שִׁבְעָה	7
שְׁמֹנֶה	שְׁמֹנֶה	שְׁמֹנַת	שְׁמֹנָה	8
תְּשַׁע	תֵּשַׁע	תִּשְׁעַת	תִּשְׁעָה	9
עֶשֶׂר	עֶשֶׂר	עֲשֶׂרֶת	עֲשָׂרָה	10

Sequentes voces tum ſtatui abſoluto, tum Regimini ſerviunt.

Fœm.		Maſc.		
עַשְׁתֵּי vel	אַחַת	עַשְׁתֵּי vel	אַחַד	11
	שְׁתֵּים		שְׁנֵים	12
	שְׁלֹשׁ		שְׁלֹשָׁה	13
	אַרְבַּע		אַרְבָּעָה	14
עֶשְׂרֵה	חֲמֵשׁ	עָשָׂר	חֲמִשָּׁה	15
	שֵׁשׁ		שִׁשָּׁה	16
	שְׁבַע		שִׁבְעָה	17
	שְׁמוֹנֶה		שְׁמוֹנָה	18
	תְּשַׁע		תִּשְׁעָה	19

SCO-

5. Duo illi שְׁנַיִם שְׁתַּיִם compoſiti cum aliis numeris, mutant ſecundum, & tertium punctum in unum Tſerè שְׁתֵּים שְׁנֵים. Cum aliis nominibus, aut perdut ם, ut שְׁנֵי אֲנָשִׁים, aut nihil mutant, ut שְׁנַיִם אֲנָשִׁים

6. Deinde communis ſunt generis uſque in infinitum.

עֶשְׂרִים שְׁלֹשִׁים אַרְבָּעִים חֲמִשִּׁים
Quinquaginta. Quadraginta. Triginta. Viginti.

שִׁשִּׁים שִׁבְעִים שְׁמוֹנִים תִּשְׁעִים
Nonaginta. Octoginta. Septuaginta. Sexaginta.

מֵאָה מָאתַיִם מֵאוֹת אֶלֶף אַלְפַּיִם
Bis mille. Mille. Pluries cent. Biſcent. Centū.

אַלְפַּיִם : רְבָבָה , רִבּוֹא , וְרִבּוֹ : רִבּוֹתַיִם :
Bis decē mil. Myrias, Decem millia. Pluries mil

in Reg. רְבָבוֹת vel רִבְבוֹת
Pluries decem mil.

NU-

7. *Prima*	רִאשׁוֹנָה	*Primus*	רִאשׁוֹן
Secunda	שֵׁנִית	*Secundus*	שֵׁנִי
Tertia	שְׁלִישִׁית	*Tertius*	שְׁלִישִׁי
Quarta	רְבִיעִית	*Quartus*	רְבִיעִי
Quinta	חֲמִישִׁית	*Quintus*	חֲמִישִׁי
Sexta	שִׁשִּׁית	*Sextus*	שִׁשִּׁי
Septima	שְׁבִיעִית	*Septimus*	שְׁבִיעִי
Octava	שְׁמִינִית	*Octavus*	שְׁמִינִי
Nona	תְּשִׁיעִית	*Nonus*	תְּשִׁיעִי
Decima	עֲשִׂירִית	*Decimus*	עֲשִׂירִי

8. Ultra, *decem*, non eſt Ordinalis numerus: ejus loco deinceps uſurpatur Cardinalis, ſic,

אַחַד עָשָׂר *Undecim*, & *Undecimus*.
עֶשְׂרִים *Viginti*, & *Vigeſimus*, & ſic deinceps.

De Numeratione, quæ fit per literas.

9. Hebræi per literas quoque Alphabeti numerare ſolent, ut & Græci: id quod facimus nos per ziphras.

Lite-

Literas autem ita dividunt, ut primus ipſarum ordo, *Unitates*, ſecundus, *Decadas*, Tertius, *Centenarios*, Quartus, *Millenarios* complectatur.

Unitates.

ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	א
9.	8.	7.	6.	5.	4.	3.	2.	1.

Decades.

צ	פ	ע	ס	נ	מ	ל	כ	י
90.	80.	70.	60.	50.	40.	30.	20.	10.

Centenarii.

ץ	ף	ן	ם	ך	ת	ש	ר	ק
900.	800.	700.	600.	500.	400.	300.	200.	100.

Millenarii.

וא̈	הא̈	דא̈	גא̈	בא̈	א̈
6000.	5000.	4000.	3000.	2000.	1000.
יא̈	טא̈	חא̈	זא̈		
10000.	9000.	8000.	7000.		

Alii

Alii numeri componuntur hoc modo.

	טו	יד	יג	יב	יא	י
&c.	16.	14.	13.	12.	11.	10.
	כה	כד	כג	כב	כא	כ
&c.	25.	24.	23.	22.	21.	20.
	לה	לד	לג	לב	לא	ל
&c.	35.	34.	33.	32.	31.	30.

Eodem modo *Unitates* cum aliis *Denariis*, & cum *Centenariis*, & *Millenariis* conjunguntur.

Ubi *Quindecim* per יה fuerant numeranda, Hebræi, reverentiæ causâ, uſurpant טו, eò quòd יה ſit unum ex divinis nominibus.

Itaque annum Domini vertentem 1706. (ut hoc obiter dicamus) ita per notas hebraicus ſcribemus:

א̈ק.

FINIS.

Errata.	Corrige.
Pag. 31. l. 26. מַלְכַּת	מַלְכַּת
p. 37. l. 15. לָהּ	לָהּ
p. 41. l. 1. הֶאֱמַנְתִּי	הֶאֱמַנְתִּי
p. 42. l. 18. לָשֶׁבֶת	לָשֶׁבֶת
p. 43. l. 1. סֵר	deleatur.
p. 50. l. 16. maores	majores.
p. 52. l. 3. צַר	צַר
p. 52. l. 15. מוֹת	מוֹת
p. 53. l. 2. עַיִן	עַיִן
p. 56. l. 21. ſuffixa	ſuffixa.
p. 80. l. 20. הָקֵם	הָקֵם
p. 83. l. 18. הֲקִימוּ	הֲקִימוּ
p. 88. l. 22. חָמַת	חָמַת
p. 89. l. 21. חָיָה	חָיָה
p. 91. l. 8. וַיִּשְׁתַּחוּ	וַיִּשְׁתַּחוּ
p. 101. l. 15. אָמוֹ	כְּמוֹ
p. 102. l. 3. עִמָּכֶם	עִמָּכֶם
p. 108. l. 17. שִׁלַּח	שִׁלַּח
p. 111. l. 8. מַה־לָּכֶם	מַה־לָּכֶם
p. 127. l. 7. ſit.	ſit.
p. 135. l. 3. הִנֵּה	הִכָּה
p. 191. l. 18. יְהוָה	יָהּ

Si quis alius fortaſſe in punctis, vel accentibus error occurrerit, calamo facile corrigetur.

005637161

Digitized by Google